L capl̄m tres ptes p̄ncipales. In p̄ma ponit ꝛ ſoluit qōnē. In ſcḋa ibi[ Res quidē igit̄.] Ponit ꝛ ꝓbat vnā ꝯcluſio-nē per quā apparet ſolō p̄ncipalis qōnis. In 3ª ibi[ Sed mlt̄i.] Remouet quēdā errorē. p̄ma pars ꝯtinet tres par-ticulas. In prima ponit̄ queſtio ꝛ ratio qōnis. In ſcḋa ibi [ Uel neq; in artibus.] ponit̄ vna ſolō q̄ſtionis. In 3ª ibi [ Adhuc aūt neq; ſimile.] Ponit̄ alia ſolutio ad eandem qōnē. In p̄ma igit̄ particula mouet̄ dubitatio:ꝛ ponit̄ rō dubitationis.qa eni dictū eſt ꝙ v̄tus generat̄ ex operatio nibus bonis vt ex iuſtis opationib⁹ efficit̄ aliquis iuſtus: ideo mouet̄ q̄ſtio qualr̄ hoc pōt eſſe ꝙ ex opationib⁹ vir-tutis generet̄ virtus vt ex opationibus iuſtis iuſtitia. Ra tio huius dubitationis eſt:qa illud dictū nō videt̄ eſſe ve-rū pro eo ꝙ ſicut eſt in artib⁹ ita eſt in v̄tutib⁹:ſed in arti-bus eſt ſic ꝙ nullus facit opera artis niſi habēs artē.nul-lus eni facit opera grāmaticalia niſi grāmaticus nec mu-ſicalia niſi muſicus.ergo eodē mō nullus fac̄ opera iuſta niſi iuſtus:ꝛ per conſequēs ex iuſte operari nō fit aliquis

M iuſtus:qa eo ip̄o ꝙ aliquis iuſte operatur eſt iuſtus.vnde cū idem nō ſit generās ꝛ generatū reſpectu eiuſdē cū ni-hil gn̄et ſe:ꝛ iuſte opari eſt effectiue a iuſtitia:ſeq̄t̄ ꝙ iuſti tia nō efficit̄ nec gn̄at̄ ex iuſte operari cum ſit ecōuerſo.

⁋ An nec in artib⁹ res ita ſe h;. Fieri nāq; pōt:vt grā maticū aliqđ q̄ſpiā faciat ꝛ fortuna ꝛ alio admonēte. At tūc erit grāmatic⁹ cū ꝛ grāmaticū qppiā ꝛ grāma tice faciet:id eſt ſm̄ eā q̄ eſt in ipſo grāmaticā artem.

1ª ſolō. ⁋ Uel neq; in artibus ita ſe h;. Cōtingit eni vt grāmaticu; qđ agatur a caſu ꝛ alio ſuppoſito. Tunc igitur grāmaticus erit ſi grammaticum quid faciat ꝛ grāmatice:hoc autem eſt ſm̄ ea; que in ipſo grammaticam.

⁋ Hec eſt ſcḋa particula p̄me partis in qua ponit̄ vna ſolō que eſt p̄ itereṗtionē vni⁹ ꝓpōnis accepte i rōne dubita tionis que eſt iſta. Nullus facit opa artis niſi habens artē: q: nō grāmaticus pōt facere opa artis grāmatice:nā aliqs idiota pōt a caſu ꝓferre orationē ꝯgruā.nullus tn̄ poteſt grāmatice hoc eſt artificialr̄ ſm̄ grāmaticam facere opa grāmaticalia niſi grāmatic⁹:ꝛ eodē modo aliqs nō iuſtus pōt facere opera iuſta nō tamē iuſte.ſ.ſm̄ habitū iuſtitie. ⁋ Intelligendum ꝙ non iuſtus faciēs opa iuſta nō ope-rat̄ a caſu ſed per ſe ſi intēdit gn̄ationē v̄tutis:q: facit opa iuſta per rōnem practicam exiſtente in ipſo que eſt princi pium mouens ad generationem virtutis. N

⁋ Preterea nec ſil̄e in artib⁹ ꝛ in virtutib⁹ eſt. Nā; ea que ab artibus fiūt:bonū ip̄m in ſeipſis habent. Suf-ficit igitur ſi ipſa aliquo mō ſeſe hn̄tia fiāt. At ea que a v̄tutib⁹ ꝓdeūt nō iuſte aut tēperate agunt̄:ſi ſunt iu ſta aut tēperata. Sed ſi ꝛ agēs ſic ſeſe habens agat. O

⁋ Adhuc aūt neq; ſimile eſt in artibus ꝛ in vir tutibus. Que enim ab artibus fiunt bonu; ha bent in eis:ſufficit igit̄ illa ita exiſtere. Que au tem ſm̄ virtutes fiunt neq; ſi hec taliter ſe ha-beant iuſte vel temperate operata ſunt. Sed ſi operans taliter ſe habens operetur. 2ª ſolō.

⁋ Hec eſt tertia particula p̄me pt̄is:in qua ponit̄ alia ſolō que eſt p̄ intereṗtionē ſilitudinis aſſumpte iter artē ꝛ v̄tu tē:ꝛ ꝯtinet hec particula duas partes. In p̄ma ponit ſolō-nē. In ſcḋa ibi[ Primū qdē.] Enumerat quedā que reqrū tur ad hoc ꝙ aliq̄ operatio fiat virtuoſe. In p̄ma igit̄ par-ticula.d.ꝙ nō eſt ſimile de artib⁹ ꝛ virtutibus:q: opa que fiunt ſm̄ artē habēt in ſeipſis illud qđ ꝑtinet ad bene eſſe artis ꝛ nō reqrunt bonitatē in faciēte.nō eni op; ꝙ faciēs ſm̄ artē ſit bonus:ſed illa que fiunt ſm̄ virtutē reqrūt bo-nitatē in ipſo faciēte:ꝛ ideo quāuis ita eēt ꝙ nullus poſſet facere opa artis niſi habēs artem:ex hoc nō ſequit̄ ꝙ nul-lus poſſet facere opa virtutis niſi habēs virtutē. ⁋ Notā-dum eſt hic ꝙ cauſa hui⁹ diſſilitudinis inter artē ꝛ virtutē eſt hec:q: enim ſm̄ P̄hm 6° huius. Ars eſt recta ratio fa-ctibiliū:ꝛ facere eſt opatio tranſiēs in exteriorē materiam ꝛ talis opatio eſt ꝑfectio ipſius facti:ideo in opationib⁹ ar-tis bonum artis ꝯſiſtit in ipſo facto.ſ.in artificiato:ideo ad bonitatē artis ſufficit ꝙ ea que fiunt bene ſe habeāt:ſ; vir-tutes ſunt p̄ncipia actionū que nō trāſeūt in exteriorē ma-teria;:ſed manēt in ipſis agētibus.vnde tales actiones in-teriores virtutū ſunt ꝑfectiones agentium:ꝛ ideo bonitas huiuſmodi actionū cōſiſtit in ipſis agentib⁹:ꝛ ideo ad hoc ꝙ aliqua fiāt iuſte ꝛ tēperate nō ſufficit ꝙ opa que fiūt be ne ſe habeāt:ſed requiritur ꝙ opans debito modo operet̄ ꝛ ſit in ſe bonus ꝛ virtuoſus.ſic ergo ſoluit̄ ratio dubitatio-nis dupliciter.vno modo per interemptionē huius propo ſitionis nullus poteſt facere opus artificiale niſi artifex. Alio modo ſoluit̄ per intereṗtionē ſilitudinis inter virtu-tem ꝛ artem. ⁋ Notandū ſm̄ Lincon̄.hic ꝙ iuſta ꝛ tem-perata ꝛ ſimilia aliquando dicuntur talia:quia ſunt de ge-nere talium:aliquando ꝯo dicunt̄ talia nō ſolum qa ſunt de gn̄e taliū ſed qa cū ſint de gn̄e taliū fiunt a talib⁹ inquā tum tales ſunt.ſ.a iuſtis ꝛ tēperatis ꝛc̄. Cū igit̄ querit̄ vtrū non iuſtus poſſit facere opera iuſta.diſtinguendum eſt de iuſto:qa vno modo dicit̄ iuſtum ex hoc ſolūmodo ꝙ eſt ta le quale natū fieri eſt a iuſto.ꝛ ſic non iuſtus poteſt facere opera iuſta.aliquis enim non iuſtus ꝓpter timore; vel ina nem gloriā poteſt reddere alicui qđ ſuum eſt:qđ eſt op⁹ iu ſtum ex genere. Alio modo dicit̄ iuſtū nō ſolū q: eſt tale

Notādū. Notandū ſm̄ Linco. Iuſti op⁹ duplr̄ dr̄.

A opus quale iuſtus natus eſt facere:ſed quia eſt tale ꝛ a ta/li.ſ.ab habēte habitū iuſticie:ꝛ ſic loquendo de iuſto eſt hec impoſſibilis non iuſtus facit opera iuſta.

℄ Primo quidē ſi ſciens:deinde ſi eligens ꝓpter ipſa: tertio ſi firmo aio ac imutabili agat. Hec aūt ad habitus quidē ceteros habēdos nō requirunt̄ ꝑter ipſum ſcire. Ad virtutes aūt ſcire quidē paruz aut nihil pōt. Cetera vō nō parū ſed totū poſſunt. Que quidez ꝛ ex eo ꝙ ꝑſepe res iuſte tēperateqꝫ agunt̄ proueniunt.

℄ Primū quidez ſi ſciens:deinde ſi eligens ꝓpter hec:tertiuz aūt ſi firme ꝛ imobilr̄ operet̄. Hec aūt ad alias quidē artes habēdas nō connumerant̄ ꝑter ipſum ſcire:ad virtutes autē ſcire
B quidē aut nihil poteſt.alia autem non parum: ſed omne poſſunt:vtpote que ex mltotiēs operari iuſta ꝛ temperata adueniunt.

℄ Hec eſt ſcda ꝑticula ſcde partis:in qua ph̄s enumerat quedā que requirunt̄ ad hoc ꝙ aliqua oꝑatio fiat virtuoſe:ꝛ enumerat tria:quoꝝ primū pertinet ad intellm̄:ꝛ eſt ꝙ operās ſit ſciens qd facit ꝛ nō opet̄ ex ignorātia. Scdm pertinet ad appetitū:ꝛ eſt ꝙ operet̄ ex electione ꝓpt ipm opus v̄tutis ꝛ nō ꝓpter aliquid aliud:ꝛ in hac ꝯditione intelligunt̄ duo.ſ.electio ꝛ finis debitus ꝓpter quē debet eē electio:que eſt operatio ſm v̄tutē.vnde ſi aliqs operetur opus virtutis hoc eſt illud qḋ virtuoſus operaret̄ ex paſſione:vt ꝓpter timorē vel irā,nō operat̄ ſm virtutez. Si quis etiā operet̄ bonū opus ꝓpter lucrū vel ꝓpter inanē gloriā:ꝛ nō ꝓpter ipſuz opus v̄tutis nō operat ſm v̄tutez. Tertiū qḋ requirit̄ accipit̄ ex parte habitus:ꝛ eſt ꝙ ope/
C ret̄ firme.i.ꝯſtanter ꝛ imobilr̄.cōſtanter quātū ad ſeipſ: ꝛ imobilr̄ quantū ad exterioꝛa:ita ꝙ a nullo exterioꝛi īpediat̄ quin habeat electionē virtuoſaz ꝛ operet̄ ſm eā. Sz ad artificē nō requirit̄ niſi ꝑmū iſtoꝝ.ſ.ꝙ ſit ſciēs operari ſm artē:ſed ad virtutē ꝛ virtuoſuz ſcire nihil vel parū ꝯfert. Sic ergo pꝫ diſſimilitudo īter v̄tutē ꝛ artē. ℄ Hic
1m notan. ſunt duo itelligēda. Primū eſt circa hoc qḋ ph̄s dicit:ad artē ſolū requirit̄ ſcire:ꝛ eſt ꝙ aliquis pōt eſſe bonus artifex:ꝛ ſi nūqꝫ eligat operari ſm artē. Unde quanto magis ſcit ea que ſunt artis:tāto eſt melioꝛ artifex:ꝛ ſi nūqꝫ operet̄ nec eligat operari nec in operādo ſit cōſtans ꝛ imobi/
2m notan. lis. ℄ Scdo circa hoc qḋ ph̄s dicit ꝙ ad v̄tutē nihil vel
Scire 2x ſpe. ꝛ pra. qḋ ēt 2x ē. parū prodeſt ſcire:eſt intelligēdū ꝙ ſcire eſt duplex.ſ.ſpeculatiuū ꝛ practicū:ꝛ practicū eſt duplex.ſ.in vl̄i ꝛ ꝑticulari. Scire ſpeculatiuū nihil cōfert ad v̄tutē:qa itellc̄s ſpeculatiuus nihil dicit de ꝓſequēdo vel fugiēdo:ꝛ ſcire practicū in vl̄i parū ꝓdeſt. Sed ſcire practicū in ꝑticulari multū prodeſt ad v̄tutē:qa illḋ determinat actū ꝛ alias ꝑticu/
D lares circūſtantias in qbus eſt actus. ℄ Aliter tn̄ itelligit Cōmētatoꝛ illud dictū[ Scire nihil vel parum cōfert.]ꝙ ph̄s loquit̄ de ſcire practico ꝛ in particulari:ꝛ eſt itentio ph̄i ꝙ ſcire paꝝ vel nihil ꝓdeſt ad hoc ꝙ opus ſit laudabile ꝛ virtuoſum.hoc eni non hꝫ opus ex ipſo ſcire:ſed ex electione volūtaria.ſimilr̄ quātū ad hoc ꝙ opus ſit bonū moꝛaliter ſcire in particulari parū prodeſt:qa ſolum facit ad hoc ne opus ſit inuolūtariū per ignoꝛantiaz ꝙ eſt remota diſpoſitio ad perfectionem virtutis.

℄ Res igit̄ iuſte tēperateqꝫ dicunt̄:cū ſunt tales quales vir iuſtus ageret aut tēperatus. Juſtus aūt ac tēperatus eſt nō is qui has agit:ſed qui ſic etiaz agit vt iuſti tēperatiqꝫ agunt. Recte igit̄ dicit̄ iuſtū fieri agētem iuſta:ꝛ temperatū etiam temperata. Qui vō hec non agit nunqꝫ euaſurus eſt bonus.

℄ Res quidez igitur iuſte ꝛ temperate dicunt̄ E
quādo ſunt tales quales vtiqꝫ iuſtus ꝛ tēpera/ 2a ps ca.
tus operabit̄. Juſtus aūt ꝛ tēperatus eſt nō q hec operat̄ ſed qui ſic operat̄ vt iuſti ꝛ tēperati operātur. ℄ Bene igit̄ dicitur quoniā ex iuſta operari iuſtus fit ꝛ ex temperata temperatus:ex non operari autē hec:nullus vtiqꝫ neqꝫ curabit fieri bonus.

℄ Hec eſt ſcda pars huius capl'i in qua cōcludit vnaꝫ ꝯnē
per quā apparet ſolō qōnis pncipalis. Et eſt iſta ꝯ ꝙ opa/ 10a ꝯcl'o hi' ſcd' li.
tiones tūc ſunt virtuoſe qn̄ ſunt tales q̄les ſunt oꝑationes virtuoſi:ꝛ eſt cōcluſio.10.que ꝓbat̄ q̄ſi inductiue ſic:tunc ſunt res tēperate ꝛ iuſte qn̄ ſunt tales q̄les oꝑabit̄ temperatus ꝛ iuſtus:ꝛ ſic de alijs.ergo ꝛc̄.ſed nō opꝫ ꝙ qui opa/
tur iuſta ꝛ tēperata ſtatim ſit iuſtus ꝛ tēperatus niſi ea ſic F
operet̄ vt opant̄ iuſti ꝛ tēperati.ſ.obſeruādo tria que dcā ſunt.i.ꝙ operet̄ ſciens:ꝛ eligens ꝓpter hoc:ꝛ ꝙ ꝯſtanter ꝛ imobilr̄ operet̄ qḋ nō pōt facere niſi per habituz ex oꝑationib' acq̄ſitū.[ Bene igit̄ dicit̄.] Ex illo apparet ſolō pncipalis qōnis:nā ex quo ex ſil'ibus oꝑationibus generātur ſil'es habitus:vt pꝫ ex ꝑdictis:ꝛ ille oꝑationes dicunt̄ iuſte ꝛ tēperate que ſunt ſil'es his que opat̄ iuſtus ꝛ tēperatus ſicut fuit dictū in ꝑcedētibus:ſequit ꝙ hō ſit iuſtus ex hoc ꝙ opat̄ iuſta:ꝛ tēperatus ex hoc ꝙ opatur tēperata:ꝛ ex hoc ꝙ aliqs nō operat̄ hec nullus vtiqꝫ de numero taliuz curabit fieri bonus.i.habebit curā ad hoc ꝙ fiat bonus:ꝛ ſic patet ꝙ oꝑatio dicit̄ iuſta:nō ſolū quia fit ab hoie iuſto ſed qa eſt talis oꝑatio qualē oꝑabit̄ iuſtus ex habitu iuſti/
tie. ℄ Notādū eſt hic ſm Lincon.ꝙ hec diſtinctio de iu/ Nōndū
ſto ꝛ tēperato ꝙ poſſunt dici vel qa tale vel qa tale a tali
videt̄ ſatis inſinuari in littera.res eniz opate in ſe cōſide/ G
rate dicunt̄ iuſte ꝛ tēperate:quādo in ſeipſis ſūt tales q̄les operabit̄ ille qui eſt iuſtus ꝛ tēperatus:nec ſequit̄ ꝙ q tales operatur iam in ſeipſo ſit talis:lꝫ res operate ſint tales in ſeipſis:ideo ſunt iuſte vel tēperate operate:ꝛ ideo non ſm ꝑfectam cōſiderationē iuſti ꝛ tēperati iuſte ꝛ tēperate ſunt.perfectū enim nō ſolum ab eſſe ſed ad bene eſſe eſt. Scdm perfectā igit̄ ſignificationē iuſti ꝛ tēperati cōprehendentē in ſe taꝫ eſſe qꝫ bene eſſe:ſeqtur ꝙ qui facit iuſta ꝛ temperata iuſte ꝛ tēperate iam iuſtus ꝛ temperatus eſt. ſm alterū vō modū non ſequit̄.hec Lincon. Ex illo dicto apparet ſolutio q̄ſtionis pncipalis:an ex operari iuſta fit aliquis iuſtus:ꝛ eſt ꝙ ex opari iuſta ſm imperfectā acceptionē iuſti que eſt ꝙ iuſtū eſt tale quale opatur iuſtus nō ſequitur ꝙ operans ſit iuſtus:ſed ex operari iuſta ſm perfectam acceptionē iuſti fit aliquis iuſtus:quia nullus facit huiuſmodi iuſta niſi ſit iuſtus.

℄ Uerꝫ pleriqꝫ hec qdē non agunt. Ad ſermones aūt H
confugiētes ſeſe philoſophari putāt:ꝛ ſtudioſos hoc foꝛe mō:atqꝫ perinde vt egroti faciunt:qui medicos quidem diligēter audiunt:nihil autem eoꝛum agunt que precipiuntur ab illis. Ut igitur illis coꝛpus non bene ſeſe habebit:ſi ita curantur ſic nec his animus plane ſi ita philoſophantur.

℄ Sed multi hec quidem non operantur. Ad 3a ps ca.
rationes aūt fugiētes exiſtimant philoſophari ꝛ ſic foꝛe ſtudioſi:ꝛ ſimile aliqd faciētes laborantibus qui medicos audiunt qdem ſtudioſe:faciunt autē nihil hoꝝ que ꝑcepta ſunt:quēadmodum igitur neqꝫ illi bene habebunt coꝛ/

I pus ita curati neqꝫ iſti aïaꝫ ita philoſophātes.

¶ Hec eſt tertia pars p̄ncipalis huius capl'i:in qua remouet quēdā errorē:ꝛ eſt ꝙ multi volentes acqrere virtutez errabāt nō opantes ſm virtutez:ſed optime de v̄tutibus ratiocinātes credebāt per hoc fieri virtuoſi:ſed ·ph's remouet iſtū errorē tales increpādo dicēs:ꝙ tales ſūt ſiles laborātibus.i.infirmis qui medicos quidē audiūt ſtudioſe.faciūt aūt nihil eoꝝ que precepta ſunt. vnde quēadmodum nec iſti ſe bene habebunt ſm corpus:ſic nec taliter philoſophantes bene ſe habebunt ſm animam.

Tractat⁹ ſcd's ſcdi libri ethi. **Tractatus ſcd's** pertractās 5ᵃᵐ q̄ōnē p̄ncipalē huius ſcdi que querit quid eſt virtus:ꝛ ꝯtinet duo capl'a. In p̄mo inquirit genus v̄tutis. In ſcdo ibi[ Opꝫ aūt nō ſolū.] Inueſtigant̄ dr̄e ponende in diffōne v̄tutis. ¶ Capl'm p̄mū declarās quid eſt gen⁹

K virtutis per diuiſionē eoꝝ que ſunt in aïa:ex qua diuiſione p̄mo declarat quid nō eſt virtus:ꝛ ex hoc per viam diuiſionis concludit quid eſt virtus.

¶ Poſt hec quidnā ſit ipſa virtus conſideremus opꝫ. Cum igitur tria ſint que fiunt in anima:affectus:potentia:habitus. Hoꝝ aliqd ipſam virtutē eē neceē eſt.

Caput p̄ᵐ ſcdi tract. h⁹ ſcdi li. ptēo triměbris. **P** Oſt hec aūt quid eſt v̄tus ſcrutādū. ¶ Quia igit̄ que in aïa fiunt tria ſūt paſſiones:potētie:ꝛ habitus:horum aliquod vtiqꝫ erit virtus.

p̄ᵃ ps ca. p̄.ca. ſcdi tractatus diuiſio in tres ptes p̄ncipales **Iſtud eſt** primū capl'm tractatus ſcdi:in quo ·ph's incipit inqrere qd eſt v̄tus:que eſt q̄ſtio 5ᵃ p̄ncipalis huius ſcdi. Et in hoc capl'o p̄ncipalr̄ declarat̄ ꝙ virtus eſt habitus.ex quo pꝫ.qd eſt genus v̄tutis:qa v̄tus cōtinet̄ ſub habitu tanq̄ꝫ ſub gn̄e. Iſtud capl'm continet

L tres partes p̄ncipales. In p̄ma ꝑponit intentionē ſuam ꝛ vnā diuiſionē trimēbrē:ſub cuius aliquo mēbro oportet virtutez cōtineri ꝛ qōlibet membrū diuiſionis explanat. In ſcda ibi[ Paſſiones quidē.] Declarat qd eoꝝ que ſūt in aïa nō eſt virtus remouens a virtute duo mēbra dicte diuiſionis trimēbris. In 3ᵃ ibi[ Si igitur nec paſſiones.] Cōcludit ex p̄miſſis quid eſt v̄tus:qm̄ eſt habitus. Et ex hoc pꝫ quid eſt genus v̄tutis. Prima ps cōtinet duas pticulas. In p̄ma ꝑponit intētionē ſuā ꝛ diuiſionē trimēbrē ſub cuius aliquo mēbro v̄tus continet̄. In ſcda ibi[ Dico aūt paſſiones.] Exponit ſingula mēbra ſue diuiſionis. In p̄ma igit̄ particula p̄mo ꝑponit intentionem ſuam dicēs. ꝙ poſt p̄dicta perſcrutandū eſt quid eſt virtus.ex p̄dictis enim manifeſtū eſt ꝙ virtus pertinet ad aïaꝫ.ideo oportet ꝙ ſit aliquod eoruꝫ que ſunt in anima.[ Quia igitur.] Ponit diuiſionē trimēbrez dī.ꝙ in aïa tria ſunt.ſ.paſſio

M nes:potētie:ꝛ habitus:ꝛ horuꝫ aliqd eſt v̄tus.hec ergo eſt diuiſio.eoꝝ que ſunt in aïa:quoddā eſt paſſio:quoddā po

Nōa⁹ tentia:ꝛ quoddā habitus:ꝛ opꝫ ꝙ virtus ſit aliqd horum triū. ¶ Intelligēdū ꝙ illa diuiſio non cōprehēdit vl'r oïa que ſunt in aïa:qa nō cōprehendit operationē aïe:nec intentionē que eſt in aïa:ſed hec diuiſio ſolū cōprehēdit ea que in aïa ſunt p̄ncipia opationis humane. Unde hec eſt diuiſio eoꝝ que in aïa ſūt p̄ncipia opationis humane:aut ſunt paſſiones aut potētie aut habit⁹.ꝛ hec diuiſio eſt ſufficiens:qa p̄ncipiū opationis humane vel ſumit̄ ꝑ modū elicientis:ꝛ ſic eſt nuda potētia.vel per modū mouētis:ꝛ ſic eſt paſſio.paſſio enī mouet ad agenduꝫ aliquid extra. vt pꝫ cū aliquis ex ira ip̄ellit̄ ad percutiendū.vel eſt p̄nᵐ opationis humane ꝑ modū formalis diſpōnis ipſaꝫ poᵉˢ formalr̄ iclinātis ꝛ determinātis ad actū:ꝛ ſic eſt habit⁹.

¶ Atqꝫ affect⁹ qdē voco:cupiditatē:irā:metū:fiduciā: inuidiā:gaudiū:amicitiā:odiuꝫ:deſideriū:emulationē: miaꝫ. Eo oīno que voluptas comitat̄ aut dolor. Potentias aūt eas quibus ad hos affectus ſuſcipiendos idonei dicimur eſſe:vt quibus dolere poſſumus:vel iraſci:vel miſereri. At habitus eos quibus bn̄ vel male nos ad affectus ipſos habemus:vt ad iraſcendum ſi vehemēter aut remiſſe ſimus diſpoſiti:male hēm⁹: ſi mediocriter bene ꝛ ad ceteros affectus ſil'r modo. N


¶ Dico aūt paſſiones qdē:ꝯcupiſcentiā:iram: timorē:audaciā:inuidiā:gaudium:amicitiaꝫ: odiū:deſideriū:zelū:miſericordiam:ꝛ vniuerſaliter illa que ſequitur delectatio vel triſtitia. O

Potentias autem ſm quas paſſibiles horum dicimur:puta ſm quas potentes iraſci vel triſtari vel miſereri. ¶ Habitus autem ſm quos ad paſſiones nos habem⁹ bene vel male:puta ad iraſci:ſiqdē vehemēter vl' remiſſe male habem⁹. Si aūt mediocrit̄ bn̄. Sil'r aūt ꝛ ad oïa.

¶ Hec eſt ſcda particula in qua explanat mēbra dicte diuiſionis. Et p̄mo explanat que ſunt paſſiones. Scdo que ſūt potētie. Tertio qui ſunt habitus. Dicit ḡ p̄mo paſſiones eē ipſam cōcupiſcētiā ꝛ irā ꝛ timorē ꝛ audaciā ꝛ inuidiam:ꝛ he quattuor paſſiones cōtinent̄ ſub triſtitia.ſ.ira:timor ꝛc̄. ꝛ gaudiū qd̄ ꝯſiſtit in interiori cōprehēſione:ꝛ ideo conti

P net̄ ſub delectatione que cōmuniter cōſequit̄ apprehēſionē interiorē ꝛ exteriorē.ꝛ ſil'r amicitiā odiū ꝛ deſideriū qd̄ differt a ꝯcupiſcētia eo ꝙ ꝯcupiſcētia eſt reſpectu delectationis corporalis tm̄.deſideriū aūt eſt reſpectu cuiuſcūqꝫ delectationis.ſil'r ēt zelū qui eſt amor intēſus cū indignatione ꝫ̄y ꝯſortē nō patiēs in amato:vt dicit Albert⁹:ꝛ miſericordiaꝫ que eſt triſtitia de alienis malis:ꝛ vl'r oïa dicimus eē paſſiones anime ad que ſequit̄ delectatio vel triſtitia. Aliter exponit ſic.ꝙ oïa p̄dicta ſequit̄ delectatio vel triſtitia:ꝛ iſtud eſt veꝝ qm̄ oēs p̄dicte paſſiones ip̄ortāt motus appetitus in bonū vel malū:ex quoꝝ ꝯſecutione cāutur delectatio vel triſtitia:ꝛ ideo oēs alie paſſiones terminant̄ ad delectationē vel triſtitiā. ¶ Hic ſunt tria vidēda.p̄ qd Tria vidēda. eſt paſſio de qua hic loq̄t ·ph's.2ᵒ in quo eſt paſſio.3ᵒ que Notandū ſunt paſſiones ꝛ quō ab inuicē diſtinguunt̄. ¶ Circa p̄mū Circa p̄ᵐ. eſt ſciēdū ſm Euſtratiū ꝙ paſſio eſt motus appetitus ſenſitiui in phātaſia boni vel mali.ſ.ſm electionē boni ꝛ fugā mali:ꝛ qꝛ ad oēs paſſiones ſeq̄t delectatio vel triſtitia vt dictū eſt:ꝛ delectatio vel triſtitia nō ſūt ſine cordis dilatatione vel ꝯſtrictione opꝫ ꝙ oēs paſſiones fiāt cū quadam Q Circa 2ᵐ trāſmutatione organi corporalis. ¶ Ex hoc pꝫ 2ᵐ.ſ.ꝙ oēs predicte paſſiones ſunt in appetitu ſenſitiuo.nā oīs paſſio eſt in eo qd̄ patit̄ ꝛ trahitur ad nām agentis. Cuꝫ ergo triplex ſit pars anime.ſ.quedā vegetatiua.quedā cognoſcitiua:ꝛ quedā appetitiua:ꝛ in parte vegetatiua nō eſt paſſio: Triplex ps aïe. qꝛ vegetatiua ſolum hꝫ potentias actiuas.nec in parte cognoſcitiua eſt paſſio:qꝛ illud in quo eſt paſſio mouet̄ ꝛ trahit̄ ad nō habitū:ſed pars cognitiua hꝫ illd̄ quod apprehēdit ꝛ nō mouet̄ ad ip̄m:ſꝫ magis mouet̄ ab eo.ḡ paſſiones de qb⁹ loqtur hic ·ph's nō ſunt in parte apprehēſiua. relinquitur ergo ꝙ ſint in parte appetitiua.ſed appetitus Appetit⁹ duplex. eſt duplex:ſcilicet intellectiuus ꝛ ſenſitiuus.ſed in appetitu intellectiuo non eſt paſſio:qꝛ paſſio non eſt ſine trāſmutatione organi corporalis:vt dictum eſt. Et appetitus intellectiuus nō habet organum:relinquitur ergo ꝙ paſſiones ſunt ſolum in appetitu ſenſitiuo. ¶ Circa tertium igitur videndum eſt que ſunt paſſiones ꝛ quomodo diſtinguunt̄ ab inuicem.circa qd̄ eſt p̄mo ſciendū ꝙ appetitus Circa 3ᵐ Notādū.

A ſenſitiuus diſtinguit̃ in iraſcibilē & cōcupiſcibilē. nam ap-
**Quid appetit⁹ ſenſitiuus & q̃ꝺplex.** petitus eſt quedā inclinatio ſequēs formā. nā in nālib⁹ vi-
demus ſic ꝙ ad formā naturalē nō ſolū ſequit̃ inclinatio
ad conſequendum bonū ꝯueniens & ad fugiendū maluʒ
diſconueniens: ſed etiā ad formā naturalē ſequitur incli-
natio ad reſiſtenduʒ impedientibus & reſiſtentibus a cō-
ſecutione boni cōuenientis: ſicut in igne eſt iclinatio leui-
tatis ad ꝓſequendū locū ꝯuenientē & fugiendū locū diſcō-
uenientē: & etiā in igne eſt caliditas per quaʒ reſiſtit ꝯtꝛys
corrūpentibus & ipedientib⁹ ipſum a loco ꝯuenienti: & eodeʒ
modo eſt ꝙ ad apprehēſionē aīalis ſequit̃ appetitus quo
aīal iclinat̃ ad ꝓſequēdū bonū cōueniēs & ad fugienduʒ
malū diſcōueniēs: & etiā quo reſiſtit impediētib⁹ a ꝓſecu
tione boni ꝯueniētis & fuga mali diſcōueniētis. p̄ma pars
B appetitus quo ꝓſequit̃ bonū ꝯueniēs & fugit malū diſcō-
ueniēs vocat̃ cōcupiſcibilis: cuius obiectū eſt bonū ſenſi-
bile abſolute. Scđa pars appetitus ſenſitiui vocat̃ iraſci-
C bilis: & obiectū iraſcibilis eſt bonū ſub rōne ardui & diffi-
cilis cuiuſmodi eſt victoria que apprehendit̃ ſub rōne ar-
duitatis & difficultatis. ¶ Ad accipiēdū igit̃ numerum &
ſufficientiā paſſionū hic enumerataꝝ eſt ſciēdū ꝙ q̃cūqʒ
paſſiones reſpiciant bonū vel malū abſolute ſunt in cōcu
piſcibili: & quecūqʒ paſſiones reſpiciūt bonū vl̃ malū ſub
**Nōndū actiuū ſe hʒ ad paſſiuum.** rōne ardui ſunt in iraſcibili. Sciēdū igit̃ ꝙ ſicut in nālib⁹
actiuū tripl̄r ſe hʒ ad paſſiuū: qꝛ p̄mo dat ſibi aptitudinē
& diſpōnē ad ſuā formā. ſcđo dat ei motū ad illā formā:
& tertio dat ſibi quietē ſub illa forma. Sicut ignis agens
in aquā p̄ dat materie aque diſpōnē ad formā ignis. ſcđo
dat ſibi motū ad talē formā. ſ. ignis ſeu ad locum ignis. &
tertio dat ſibi q̄etē ſub forma ignis ſeu loco ignis: & eodeʒ
D modo eſt videre in obiectis paſſionū vtriuſqʒ appetitus
ſenſitiui. ſ. cōcupiſcibilis & iraſcibilis. Nā bonuʒ ſenſibile
abſolute p̄mo dat appetitui quādā aptitudinē & iclinatio-
nē ad ipſuʒ: & ſic cauſat̃ in appetitu cōcupiſcibili vna paſ-
ſio que dicit̃ amor cui opponit̃ vna alia paſſio: que dicit̃
odiuʒ: & eſt reſpectu mali. Scđo illud bonū dat appetitui
actualē motū in ꝓſecutione eius: & ſic cauſat̃ in appetitu
cōcupiſcibili quedā paſſio que dicit̃ deſideriū cui oppo- E
nit̃ alia paſſio que dicit̃ fuga. Tertio illđ bonū dat appeti
tui cōcupiſcibili quietē in bono adepto: & ſic cauſat̃ paſſio
que dī delectatio: cui opponit̃ triſticia: & ſic pʒ ꝙ ſex ſunt
paſſiones in appetitu ꝯcupiſcibili: quarū tres ſumunt̃ re-
ſpectu boni & tres reſpectu mali que diſtinguuntur ſm ꝙ
obiecta mouentia diuerſimode reſpiciūt appetitū. In ira
ſcibili ꝟo ſunt quinqʒ paſſiones gn̄ales: qꝛ reſpectu boni
ardui futuri ſumit̃ ſpes cui opponit̃ dſperatio que eſt re-
ſpectu boni ardui & futuri. ſpes enī tendit ad bonū arduū
& futurū & deſperatio reſilit ab eodē: reſpectu ꝟo mali ar
dui futuri ſumunt̃ due paſſiōes. ſ. timor & audacia. Auda
cia enī aggredit̃ malū arduū: ſed timor fugit ab eodē: ex
malo aūt arduo p̄ſenti cauſat̃ ira que dicit̃ eē quedā paſ-
ſio cōpoſita: qꝛ eſt reſpectu duoꝝ obiectoꝝ: q̃uis nō eq̄- F
liter. nā ira eſt reſpectu boni ꝓprij & reſpectu mali alteri⁹.
nā obiectū ire eſt vindicta de inimico ſeu de eo qui eū ad
irā ꝓuocauit: ex vindicta apprehendit̃ bonū vt bonū ꝓ-
priū ipſius irati: & malū alterius. ſ. oſtendentis: ſed non eſt
reſpectu boni & mali equal̄r: qꝛ non tendit in malū ſeu no
cumētū alterius niſi ꝓpter appetitū boni ꝓprij. Sic ergo
patet ꝙ ſunt vndecim paſſiones generales: ſex in concupi
ſcibili & qnque in iraſcibili: & ſub aliquibus iſtarum paſ-
ſionū ꝯtinent̃ alie paſſiones magis ſpeciales. nam ſub tri-
ſticia cōtinent̃ inuidia ʒelus & mīa. Inuidia enī eſt triſti-
cia de bono alterius. mīa eſt triſticia de malo alterius. ʒe-
lus eſt triſticia de defectu ꝓprij boni. ʒelus enī eſt triſticia
de hoc ꝙ hō dficit a bonis que alij hn̄t. & pōt dici ꝙ ʒelus
cōtinet̃ ſub amore: qꝛ ʒelus eſt amor intenſus cū indigna
tione ꝯtꝛy cōſortē nō patiēs in amato (vt dicit Alb.) & for
te ʒelus eſt equocū. in vna enī ſignificatione ꝯtinet̃ ſub triſticia. G
& in alia ꝯtinet̃ ſub amore: & ꝯcupiſcētia ꝯtinet̃ ſub deſide
rio: qꝛ ꝯcupiſcētia eſt re⁹ delectationis corpalis ſolū deſi-
deriū re⁹ cuiuſcūqʒ delectationis & gaudiū ꝯtinet̃ ſub de-
lectatione: qꝛ gaudiū ꝯſiſtit in interiori apprehenſione tm̄:
ſed delectatio cōſequit̃ indifferēter apprehenſionē inte-
riorē & exteriorem: vt patet in figura ſequente.



I ¶ Potentias aūt.] explanat quid itelligit per potētias non quidē vl'r ſed in ordine ad huiꝰ paſſiones di. ꝙ potentias dicimus ſm quas ſumus potētes .i. per quas poſſumꝰ pati paſſiones predictas: puta per quas poſſumus iraſci, miſereri, ⁊ huiꝰ. [Habitus autē.] exponit quid intelligit per habitus nō vl'r ſed in ordine ad paſſiones di. ꝙ habitꝰ ſūt ſm quos nos habemus ad paſſiones bene vel male. v.g. iraſci per aliquē habitū poſſumus bene vel male. male vt ſi iraſcamur nimis vehemēter vel nimis remiſſe .i. ſm ſuperabundātiā vel defectū: vl'r bn̄ vt ſi ꝟ fiat mediocriter.

¶ Virtutes igiť vitiaq; nō ſunt affectus: nā affectibꝰ quidē ſtudioſi vel vitioſi non dicimur: virtutibꝰ aūt ⁊ vitijs dicimur: ⁊ ob affectus neq; laudamur neq; vituperamur. Nō eni qui metuit aut iraſcitur laudatur:

K neq; qui ſimpl'r: ſed qui modo quodā iraſciť vituperatur. At ob ꝟtutes vitiaq; laudamur aut vituperamur. Preterea iraſcimur qdē ⁊ timemus ſine electione: virtutes aūt electiones ſunt quedā: aut nō ſine electione. Inſup affectibꝰ qdē moueri dicimur: ꝟtutibꝰ autem aut vitijs nō moueri: ſed aliquo mō diſponi.

2ª ps ca. ¶ Paſſiones quidē igitur nō ſunt neq; ꝟtutes neq; malitie: qm̄ neq; dicimur ſꝫ paſſiōes ſtudioſi vel praui. ſm aūt ꝟtutē vel malitiā dicimur. ¶ Et qm̄ ſm paſſiones qdē neq; laudamur neq; vituperamur; nō eni laudať q timet neq; qui iraſciť: neq; vituperať qui ſimpl'r iraſcitur ſed qui certo modo. Scđm ꝟtutes autē

L vel malitias laudamur vel vituperamur. Adhuc iraſcimur quidē ⁊ timemus nō ſpōte: ꝟtutes aūt electiones quedā vel nō ſine electione. ¶ Adhuc aūt ſm paſſiones quidē moueri dicimur: ſm virtutes aūt vel malitias nō moueri ſed diſponi aliqualiter.

¶ Hec eſt ſcđa pars pncipalis huius capl'i: in qua determinat quid eoꝝ que ſunt in aīa nō eſt virtus ⁊ cōtinet duas particulas. In pma oñdit ꝙ virtutes non ſunt paſſiones. In 2ª ibi [Propter hoc aūt neq; potētie.] oñdit ꝙ ꝟtutes morales nō ſunt potētie. In pma igiť pticula pbat Phs ꝙ ꝟtutes morales nō ſunt paſſiones. Et hec eſt ꝯ 11ª huiꝰ libri: que pbať p q̄tuor rōnes. Primo ſic. ſm nullas paſſiones. ſ. abſolute cōſideratas dicimur boni vel mali: ſed ſm ꝟtutes dicimur boni: ⁊ ſm vitia mali. ğ nec vitia nec ꝟtutes ſunt paſſiones. ğ ⁊c. [Et qm̄ ſm.] Scđo pbať ſic.

11ª cōclo huiꝰ p.li.

M ſm ꝟtutes laudamur ⁊ ſm vitia oppoſita vitupamur: ſed ſꝫ paſſiones abſolute nec laudamur nec vitupamur. ğ ⁊c. Maior pꝫ. ⁊ minor declarať per hoc ꝙ non laudať aliqs nec vituperať qa iraſciť: ſed qa bene vl' male iraſciť. ğ ⁊c.

Dubium Alberti. ¶ Albertus dubitat hic: qa alique paſſiones ſunt laudabiles: ſic verecūdia ⁊ paſſio oppoſita iuidie. ğ ſm aliquas paſſiones laudamur.

Solo ¶ Rn̄det ꝙ paſſiones nō ſunt laudabiles eo modo quo ꝟtutes ſunt laudabiles. nā paſſiōes nō hn̄t laudē in medio diſticto ab extremis: ſic eſt in laude ꝟtutis: imo quāto plus eſt de verecūdia que eſt timor de malo ſeu de turpi: tāto eſt laudabilius: ⁊ ſil'r eſt de paſſione oppoſita iuidie. in illa eni paſſione nō pōt eē ſuperfluū. [Adhuc iraſcimur.] Tertio pbať ſic ꝯclo. Virtutes morales vel ſunt electiones vel nō ſunt ſine electione: ſed paſſiones eueniunt nobis ſine electione. ğ ꝟtutes morales nō ſunt paſſiones. maior huiꝰ rōnis pꝫ per hoc ꝙ paſſiones qſq; pueniūt deliberationē que ad electionē reqriť.

Notandū virtus duplr accipi. N ¶ Pro maiore huius rōnis eſt intelligēdum ꝙ virtus accipitur dupl'r. ſ. pro actu ⁊ pro habitu. Si pro habitu manifeſtum eſt ꝙ nō eſt ſine electione ſic intelligēdo ꝙ nō pducit ſine electione nec opatur ſine electione: tn̄ virtus aliqn̄ exiſtit ſine actuali electiōe vt in dormiēte: ⁊ hoc ſufficit ad ꝯclōnē Phi ꝙ habitus virtutis nō ſit ſine electione cū paſſio aliqn̄ fiat ſine electione. Si aūt virtus accipiatur pro actu

Virtutis actus 2ª. hoc pōt eē dupl'r. ſ. pro actu intrinſeco vel pro actu extrinſeco. Si p actu itrīſeco: ſic ꝟtus eſt electio. Si p actu extrinſeco: ſic non eſt ſine electione: qꝛ actus exterior ab interiori electione pcedit: ⁊ ſic quocūq; mō accipiať virtus: aut eſt electio: aut nō eſt ſine electione. [Adhuc aūt.] 4ª pbať ſic ꝯ. ſm paſſiones mouemur: ſꝫ ſm ꝟtutes nō mouemur: ſed ſm virtutes aliqualiter diſponimur ad hoc ꝙ moueamur. ergo virtutes nō ſūt paſſiones. maior pꝫ p hoc ꝙ paſſiones ſunt quidā motus appetitus ſenſitiui: ⁊ ſm motum formal'r mouemur. ⁊ minor pꝫ p hoc ꝙ virtutes ſunt qualitates: ⁊ ſm qualitates nō mouemur formal'r: ſed ſm eas ſumus diſpoſiti ad mouendum ⁊ agendum. ſm expoſitionem Bur. ⁊ traductionē Leonardi Arc. legendum eſt, facere: ſed iuxta Auerrois diuiq; Tho. expoſitionem, pati. O

¶ Propter hec eadem neq; potentie ſunt: nā neq; boni vel mali dicimur: neq; laudamur aut vitupamur: qꝛ poſſumus ſimpl'r affici. Et inſup potentes quidē ſumus natura: boni vō non efficimur aut mali natura: quemadmodum antea diximus.

¶ Propter hoc autem neq; potentie ſunt neq; enim boni dicimur propter poſſe facere ſimpliciter neq; mali: neq; laudamur: neq; vituperamur. ¶ Et adhuc potētes ſumus natura: boni autem vel mali non efficimur natura. Diximus autem de hoc prius. P

12ª ꝯclo hꝰ ſcđi libri. ¶ Hec eſt ſcđa particula ſcđe partis in qua declarať ꝙ virtutes morales nō ſunt potētie: ⁊ hec eſt ꝯclo. 12. que pbať dupl'r. pmo ſic. ſm potētias nō dicimur boni nec mali: nec laudamur nec vituperamur: nō enim dī aliquis bonus qꝛ poteſt facere bona: nec malus qꝛ poteſt facere mala: ſed ſm virtutes dicimur boni vel mali: ergo virtutes nō ſunt potentie. [Et adhuc.] 2ª pbať ꝯclo ſic. Potentie inſunt nobis a nā. virtutes non inſunt nobis a natura. ğ ⁊c.

¶ Qꝛ ſi virtutes neq; affectus ſunt neq; potētie: reſtat ipſas hitus eē. Quid igiť ſit ipſa virtꝰ genere diximꝰ.

3ª ps ca. ¶ Si igiť nec paſſiones ſunt virtutes neq; potentie relinquitur habitus eas eſſe. Quid quidem igitur genus eſt ꝟtutis dictum eſt.

Q ¶ Hec eſt tertia pars huius capl'i in qua Phs cōcludit ex pmiſſis qd eſt virtus: ⁊ qd eſt genus virtutis: ⁊ ꝯcludit iſtā ꝯclōnē ꝙ virtutes ſunt habitus. que eſt concluſio 13ª. que pbať per locū a diuiſione ſic. Virtutes vel ſunt paſſiones vel potentie vel habitus: ſed non ſunt paſſiones nec potētie: vt probatum eſt. ergo virtutes ſunt habitus. 13ª ꝯclo hꝰ ſcđi libri.

Dubiū. ¶ Dubitatur hꝛ: qꝛ videtur ꝙ virtus ſit in genere paſſionis ⁊ nō in in gn̄e habitus: qꝛ virtus eſt mediū inter paſſiones oppoſitas: ſed mediū ⁊ extrema ſunt in eodē gn̄e. ergo virtus eſt in gn̄e paſſionis ⁊ non in gn̄e habitus.

Solutio. ¶ Dicēdum ꝙ virtus eſt habitus: vt probat hic Phs. ¶ Ad obiectionē in ꝯrium dicendū ꝙ virtus nō eſt mediū inter paſſiones: ſed eſt medium inter duo vitia extrema: ⁊ obiectuꝫ virtutis eſt mediuꝫ inter ſuperexceſſuꝫ ⁊ defectū in paſſionibꝰ.

## Capitulum ſcđm tractatus ſcđi declarās que eſt diā ppria virtutis moralis p.

A ralis per quā reponiť in ſpecie. pͥmo tñ declarat q̄ꝺdā gnāle oī virtuti cuiuſcūqȝ fuerit virtus. ꝛ eſt ꝙ oīs ṽtus pficit habentē: ꝛ opus eius bonū reddit. Deinde declarat ꝙ oīs virtus moralis ꝯſiſtit in medio: nō in medio rei ſed in medio quo ad nos. Tertio ꝯcludiť diffō ṽtutis moralis q̄ eſt ꝙ virtus moralis eſt habitus electiuus in medietate exiſtens quo ad nos: determinata aūt rōne ꝛ vt vtiqȝ ſapiēs determinabit. deinde oſtendiť quoꝝ medietas eſt virtus moralis: qm̄ eſt medietas duaꝝ maliciaꝝ: deinde ꝙ non in omnibus paſſionibus ꝛ operationibꝰ eſt medium laudabile ſiue medium quod eſt virtus.

C Opȝ aūt nō ſolū ita dicere virtutē habitū eſſe: ſed ēt qualis nā habitꝰ ſit. Dōm eſt igiť oēm ṽtutē ꝛ idipſuȝ cuius eſt ṽtus bñ ſeſe habere facere: ꝛ opus ipſiꝰ reddere bñ. Oculi nāqȝ virtus ꝛ oculū ꝛ opus ipſius ſtu-

B dioſuȝ facit. Quippe cū videamꝰ ṽtute oculi bñ. Virtus itidē equi ſtudioſuȝ efficit equuȝ ꝛ bonū ad currēdū portādūqȝ equitē: ꝛ expectādū ēt hoſtē. Si ſi idipȝ ita ſeſe hȝ in oībus: ꝛ virtus ipſius ēt hoīs habitus is erit a quo bonꝰ efficiť hō: ꝛ quo bñ ſuuȝ opus ipſe reddet efficietqȝ. Quo mō aūt id erit ꝛ antea qdē diximꝰ.

Caput 2m trac. 2. huius ſcdi libri. Oportet aūt nō ſolū ſic dicere: qm̄ habitus: ſed ꝛ qualis qdē. Dicēdū igiť qm̄ virtus oīs cuius vtiqȝ fuerit virtus ꝛ id bene habēs perficit: ꝛ opus

pͣ ps.c. eius bonū reddit: puta oculi ṽtus ꝛ oculū ſtudioſuȝ facit ꝛ opus eius. Oculi eniȝ ṽtute bñ videmus. Siľr ꝛ equi ṽtus equū ſtudioſuȝ fa-

C cit: ꝛ bonū ad currēdū ꝛ ferēdū aſcenſorem: ꝛ expectandū bellatorē. Si itaqȝ hec in oībus ita hȝ ꝛ hoīs ṽtus erit vtiqȝ habitꝰ ex quo bonus homo fit: ꝛ a quo bñ opus ſuuȝ reddit. Qualr̄ autē hoc erit iam quidem diximus.

Scdi. c. 2. trac. diuiͦ in q̄tuor ptes pn. Iſtud eſt caplm ſcdm tractatus ſcdi: in quo Phus inueſtigat diffā virtutis moralis: ꝛ totaȝ eiꝰ diffōneȝ ꝯcludit. ꝛ cōtinet iſtud caplz q̄tuor ptēs pͥncipales. In pͦ declarat ꝙ virtꝰ hoīs pficit hoīeȝ ꝛ opus eiꝰ. bonuȝ reddit. In 2ͦ ibi [Adhuc aūt ꝛ hoc.] pmittit quedaȝ neceſſaria ad ꝓpoſitū oſtēdendū. In 3ͦ ibi [Si vtiqȝ oīs ſcia.] pbat ꝯcłonē intentā. ſ. ꝙ oīs virtꝰ moralis ꝯſiſtit in medio: ꝛ ꝯcludit diffōnē virtutis moralis ꝛ oſtēdit quoꝝ extremoꝝ medietas eſt vꝰ. In 4ͦ ibi [Nō ſuſcipit aūt.] oſtēdit ꝙ nō in oībꝰ paſſionibꝰ ꝛ opationibꝰ eſt medietas que eſt virtꝰ. C In pͥma igiť pte declarat Phs ꝙ virtus

D hoīs hoīeȝ pficit ꝛ opꝰ eiꝰ bonū reddit. ꝛ hec eſt ꝯclo. 14.

14ͣ ꝯclo huiꝰ ſcdi libri. pbatur per ſiľe vel per locū a toto in q̄ntitate ſic. Oīs virtꝰ cuiuſcūqȝ fuerit virtꝰ bñ pficit hñs ipam: ꝛ opus eiꝰ bonuȝ reddit: qd̄ pȝ inductiue. naȝ virtꝰ oculi oculuȝ bñ pficit: ꝛ opus eiꝰ bonū reddit. per virtutē eniȝ oculi bene videmꝰ. Similr̄ virtꝰ equi equū facit bonū: ꝛ opus eiꝰ bonuȝ reddit. ſ. vt ſit aptꝰ ad currēduȝ ꝛ ferēduȝ aſcēſorē ꝛ ad expectāduȝ bellatores: ꝛ ita vī eē in oībꝰ alijs. g̃ per locū a toto in q̄ntitate ſic erit de ṽtute hoīs ꝙ vꝰ hoīs hoīeȝ facit bonuȝ ꝛ opus eiꝰ bonū reddit. Qualr̄ aūt hoc erit iam qdeȝ diximus. ſ. ꝙ per ṽtutē hō fiat bonus: ꝛ bñ opeť. naȝ in 2ͦ capͦ pͥmi tractatꝰ huius ſcdi declarať ꝙ per opōnes q̄ ſūt in medio ſaluať ꝛ gñať vnaqueqȝ virtꝰ: ꝛ per ꝯñs per eas boni efficimur ꝛ effecti boni facilius bene operamur.

C Et nūc etiā magis patebit ſi ꝯtēplabimur qualis nā ſit ipſius virtutis natura. In oī itaqȝ re ꝯtinua diuiſibiliqȝ aliud plus aliud minus: aliud equale: vel ex pte ipſius rei: vel reſpectu noſtri accipi pōt. Equale autē mediū eſt q̄ꝺdā iter exuperationē atqȝ defectū. Atqȝ

E rei qdē ipſiꝰ mediū id eſſe dico: qd̄ eque ab extremoꝝ vtroqȝ diſtat: idqȝ eſt apud oēs vnū ꝛ idē. Reſpectu aūt noſtri qd̄ neqȝ exuperat neqȝ deficit: idqȝ non eſt apd̄ oēs vnū ꝛ idē: vt ſi decē ſint multa: ꝛ duo pauca: ſex ipſius rei media capiunť: eque nāqȝ excedūt ꝛ exceduť. Atqȝ hoc in arithmetica cōparatione rōnū medū eſſe cōſtat: at id qd̄ eſt noſtra ex pte mediū nō eodē ſumēdū eſt mō. Nō eniȝ ſi cui decē qdē minas comedere nimiū eſt: duas aūt paꝝ: ſex ei minas ludi magiſter pcipiet. Eſt enim ꝛ hoc fortaſſe nimiū ei q accepturus eſt: aut paꝝ. Miloni nāqȝ paꝝ. Incipienti ṽo

F ſeſe exercere nimiuȝ eſt. Simili mō res ſeſe hȝ in curſu ac in paleſtra. Hoc igiť mō quiuis artifex exuperationē qdē fugit atqȝ defectū: mediū aūt querit ꝛ expetit: nō quidē rei: ſed ꝙ ad nos mediū dicitur.

C Adhuc aūt ꝛ hoc erit manifeſtuȝ ſi ſpeculati fuerimus q̄lis qdeȝ eſt natura ipſius. In omni 2ͣ ps.ca. itaqȝ cōtinuo ꝛ diuiſibili eſt accipere: hoc autē plus: hoc qdē minus: hoc ṽo equale: ꝛ hoc vel ſm ipſaȝ reȝ vel ad nos. Equale aūt mediū qdē eſt ſuperabundātie ꝛ defectus. Dico vtiqȝ rei qdeȝ mediū qd̄ equalr̄ diſtat ab vtroqȝ extremoꝝ: qd̄ eſt vnū ꝛ idē in oībus: ad nos autē qd̄ neqȝ abūdat neqȝ deficit: hoc aūt neqȝ vnū neqȝ idē oībꝰ: puta ſi decē multa: duo aūt pauca: ſex media accipiunť ſȝ rē. Equalr̄ eniȝ exce-

Quid mediū rei ꝛ qd mediū reſpectu noſtri.

G dunt ꝛ excedunť: hoc aūt mediū eſt ſȝ arithmeticā ꝓportionē. Quo aūt ad nos nō ita ſumendum. Nō enim alicui ſi decē minas comedere multū. Duas aūt paucuȝ magiſter ludi ſex minas precipiet. Eſt eniȝ forſitan ꝛ hoc multum ſumenti vel paucū. Miloni enim qdē paucuȝ: dominatori aūt gymnaſioꝝ multuȝ. Siľr ꝛ in curſu ꝛ in paleſtra. Ita vtiqȝ oīs ſciēs ſupabūdantiā ꝛ defectū fugit: mediū aūt querit ꝛ hoc deſiderat. Mediū aūt nō qd̄ rei ſȝ quo ad nos.

C Hec eſt 2ͣ pars in qua pmittit quedā neccia ad ꝓpoͥm. ſ. ad inueſtigāduȝ diffāȝ virtutis: qꝛ eniȝ virtꝰ eſt habitus ꝛ

H habitus trahit ſpēȝ ab obiecto: ꝛ obiectū ṽtutis eſt mediū inter paſſiones: oȝ ꝙ diffā formalis ṽtutis ſumať ex rōne medij: ita ꝙ virtus ſit habitꝰ mediū attigēs vel in medio cōſiſtēs. ꝛ ꝓp hoc Phus pmittit duo neccia ad ꝓpoͥm. pͥo dicēs ꝙ virtꝰ ſit in medio erit magis manifeſtuȝ ſi ſpeculemur q̄lis eſt nā ṽtutis. deinde ꝓponit neccia ad ꝓpoſitū oſtēdenduȝ. Primū eſt ꝙ in oī cōtinuo ꝛ diuiſibili eſt accipere maius, minus, ꝛ eq̄le. qd̄ qdeȝ eq̄le eſt mediū inter ſupabūdantiā ꝛ defectū. Scdm qd̄ pmittit eſt: ꝙ mediuȝ eſt duplex. ſ. mediū ſm reȝ ꝛ mediū quo ad nos. Mediū rei eſt qd̄ equaliter diſtat ab vtroqȝ extremorū. Mediū quo ad nos eſt qd̄ nobis neqȝ ſupabundat nec deficit: hoc eſt ꝙ nobis nec eſt ſupfluū nec diminutuȝ. Medium ſm rem eſt ideȝ apud oēs. mediū quo ad nos nō eſt idē apud oēs. Mediū rei eſt mediū ſȝ arithmeticā ꝓportionē. medium quo ad nos eſt mediuȝ ſm ꝓportionē geometricā.

I vbi gr̃a: medium rei eſt qḋ quantū excedit ab vno extre-
moꝝ inter que eſt mediū tātū excedit reliquū extremū:
⁊ tale eſt mediū arithmeticū. ⁊ hoc mō ſex eſt mediū in-
ter. 10. ⁊ duo. nā ſex per 4ᵒʳ excedunt. 2. ⁊ per 4ᵒʳ excedū-
tur a. x. ⁊ tale mediū equaliter diſtat ab vtroq3 extremo-
rum. Mediū quo ad nos eſt mediū geometricū: q2 eſt ſ3
eandē ꝓportionē ad ſubiectū. ⁊ ſic. 6. eſt mediū inter. 9. ⁊
4. q2 que eſt ꝓportio ſex ad. 4. eadē eſt ꝓportio. 9. ad ſex.
q2 vtrobiq3 eſt ſexqaltera ꝓportio. q2 ſicut ſex cōtinet. 4.
⁊ eius medietatē: ita. 9. cōtinet ſex ⁊ eius medietatē. Iſtud
mediū. ſ. quo ad nos nō eſt idē apḋ oēs. qḋ ph̃s declarat.
nā ſi comedere. x. minas. i. menſuras eſt ſupfluū alicui ⁊
comedere. 2. mēſuras ſit nimis paucū: nō ꝓpter hoc ſeq̄r
q comedere. 6. ſit ſimpl'r mediū ⁊ ſimpl'r bonū illi cui. x.
eſt ſupfluū: ⁊. 2. nimis paucū: q2 illi qui d3 exercitari in ludis
K gymnaſticis eſt forte ſupfluū: ⁊ miloni eſſet nimis paucū.
vn̄ ſi alicui ſufficiant. 4. menſure, illi eſſent. x. menſure ſu-
pfluū ⁊ duo nimis modicū. nec ex h̄ ſeq̄r q. 6. hꝰ mēſure
ſint quo ad ip3 mediū: ⁊ nec ſupfluū nec diminutū. Sed
ſi alicui puta miloni ſint. x. menſure mediū ⁊ nec ſupfluū
nec diminutū: tūc alteri cuius ꝓportio ad milonē eſt ſicut
ꝓportio ſex ad. x. erūt. 6. mediū inter ſupfluū ⁊ diminutū.
oīs aūt ſciens ⁊ prudens fugit extrema. ſ. ſupabūdantiā ⁊
defectū tanq̄ ſibi iproportionata. ⁊ querit mediū īter hec
tanq̄ ſibi ꝓportionatū. ſic ergo p3 q in paſſionibus ⁊ ope-
rationibus eſt mediū: q2 paſſiones ⁊ opōnes ſunt diuiſibi-
les: ⁊ in oī diuiſibili eſt accipe maius minus ⁊ equale. Et
ſic etiā p3 q mediū eſt duplex. ſ. mediū rei: ⁊ mediū quo
ad nos. ⁊ qd eſt mediū rei. ⁊ qd eſt mediū quo ad nos. Ex
q̄bus patebit q virtus moralis conſiſtit in medio quo ad
Dubiū nos. ¶ Euſtratius dubitat hic qual'r in paſſionibꝰ ⁊ ope-
Euſtra. rationibus eſt maius minus ⁊ eq̄le: cū paſſiones ⁊ opōnes
L nō ſint quantitates ſed magis qualitates. vn̄ dicit q̄litates
qdez eniz paſſiones: opōnes enim ſub q̄litate vtiq3 erunt.
Silr̄ oīs v̄tus moralis eſt circa delectatiōes ⁊ triſtitias: ſ3
delectatio eſt in nō tēpore: ⁊ per ꝯñs indiuiſibilis. g̃ opera-
tiones ⁊ paſſiones circa quas eſt v̄tus ſunt indiuiſibiles: ⁊
per ꝯñs in eis nō eſt accipere maius minus ⁊ eq̄le. ¶ Ad
Solo. illā dubitationē rn̄det Euſtratius q oīa illa. ſ. opōnes paſ-
ſiones ⁊ delectationes ſunt diuiſibiles: ſed h̄ eſt per accn̄s
cū3 nō ſint q̄titates. Poſſet et̄ dici q q̄uis ꝑdicta nō ſint
diuiſibilia ſm̄ diuiſionē tēporis: tn̄ ſunt diuiſibilia ſ3 ma-
ius ⁊ minus. cōtingit eniz delectari ⁊ iraſci: ⁊ et̄ opari ſm̄
maius ⁊ minus: ſicut p3 de lumine qḋ fit in īſtanti: ⁊ tn̄ di-
uidit̄ ſm̄ maius ⁊ minus. aliqd eniz eſt magis luminoſū
q̄ aliud: ⁊ idē eſt magis luminoſū in vno tēpore q̄ in alio.
Signa ſe-pte fortitu-dis corpo-ralis milo-nis. ¶ De Milone dicit h̄ Euſtratiꝰ. 6. ſigna fortitudinis cor-
poralis. Primū dicit q hoīes aiunt iſtū trecematbē aible-
1m tam qui tātū fortitudine ab alijs differebat q portando
taurū in humeris ſine q̄tis interpoſitione ſtadiū ptran-
2m ſiuit. ¶ Scḋm qḋ dicit de ipſo eſt q milo cōueniēs cum
M amicis colloquebat̄ in quadā domo ſm̄ ptem ruinoſa ⁊
fere his qui intus erant ſupcadere approximāte ipſe ſub-
intrans partē ruinoſam ſuffulciens ſaluauit oēs educens.
3m ¶ 3ᵒ de ipſius morte dicit q qdā aiunt ip3 milonē in q̄dā
ſylua deambulantē ⁊ parū a via diuertentē trūcū magnū
inuenire. hūc aūt a q̄buſdā eſſe tentatū ſcindi imiſſo fiſſo-
rio milonē aūt ad hūc accedentē vim feciſſe manibus ⁊
pedibus ad diuiſionē ⁊ amplius qdē nihil ꝑfeciſſe preter
qḋ fiſſorijs excidētibus ad inuicē. iam eniz fatigabat̄ vio-
lentia ipſius hūc imperato laqueo detentū beſtijs cenam
4m extitiſſe. ¶ 4ᵒ dicit de ipſo qḋ dicūt hoīes de ipſo q ipſe
vicit decertans in ſex olimpiadibꝰ in. 7. aūt nō potuit ſu-
perare Maſophcū cōciuē ipſius etate iuuenē ⁊ nō volen-
5m tem ꝓpe ſtare. ¶ 5ᵒ dicit q ille milo fronti circūligabat
chordā velut coronā ⁊ anhelitū retinēs inter labia: ex ſolo N
impulſu ſpūū ⁊ ſanguinis intumeſcentis in venis fregit
chordā ad modū papyri. ¶ 6ᵒ dicit de ipſo q dimittenti
eo brachia ab humero vſq3 ad cubitū iuxta latera ⁊ extē-
dente a cubito in directū brachia ⁊ manus ⁊ digitos ſ3 or-
dinē pollice erecto ſurſū: reliqs aūt digitis poſitis ſ3 ordi-
ne3 minimū digitoꝝ nullus potuit mouere vim faciens.
¶ 7ᵒ dicūt alij de eo q comedebat bouē in die. Et ſi iſta
narrata de illo ſint v̄a nō eſt mirū ſi multū cibū reqrebat.
¶ Or ſi oīs ſcientia ſuum hoc mō bene cōficit opus ad
mediū ipſum reſpiciens ⁊ in hoc ſua redigens opera.
Unde ⁊ dici ſolet in iis que bn̄ ſeſe habēt operibꝰ nec
auferri quicq̄ nec addi poſſe: ꝓpterea q bonū ipſum
corrūpunt nimiū ⁊ paꝝ: mediocritas v̄o cōſeruat. At
boni artifices ad hoc reſpiciētes vt diximus operant̄. O
Uirtus aūt omni arte exactior eſt ⁊ preſtantior quē-
admodū ⁊ natura. Ipſa ꝑfecto virtus medij ipſiꝰ eſt
coniectatrix. Loquor aūt de morali v̄tute: hec eniz cir-
ca affectus actuſq3 verſat̄: in q̄bus eſt nimiū ⁊ parū ⁊
mediū. Fit eniz vt magis ⁊ minus q̄ſpiā ⁊ metuat ⁊ cō-
fidat ⁊ cupiat ⁊ abhorreat: ⁊ iraſcat̄ ⁊ miſereat̄: ⁊ oīno
delectet̄ ac doleat: ⁊ vtroq3 modo nō bene. Et etiam
qn̄ opz ⁊ pro q̄bus: ⁊ ad quos ⁊ cuiꝰ gratia: ⁊ vt opz.
Hoc aūt mediū eſt ⁊ optimū: qḋ eſt ipſius virtutis.
Similr̄ circa actus nimiū eſt ⁊ paꝝ ⁊ mediū. Uirtus
autē circa affectus actuſq3 verſat̄: in qbꝰ exuperatio
quidē peccatū eſt ⁊ defectus vitupat̄: mediū autē P
laudat̄ ⁊ recte ꝯficit̄: q̄ꝝ vtrūq3 v̄tutis ipſiꝰ eſt. Uirtꝰ
igit̄ mediocritas eſt q̄dā: cū ſit ipſiꝰ medij ꝯiectatrix.
¶ Si vtiq3 oīs ſcientia ſic opus bn̄ perficit ad 3ª ptcu.
mediū reſpiciens: in hoc ducens opa: vn̄ ꝯſue-
uerunt dicere in bn̄ ſe habentibus operibꝰ: qm̄
neq3 auferre eſt neq3 apponere vt ſupabundā-
tia qdem ⁊ defectu corrumpēte: bn̄ aūt medie-
tate ſaluante. boni aūt artifices vt diximus ad h̄
reſpicientes operant̄. Uirtus autē omni arte
certior ⁊ melior eſt quēadmodū ⁊ natura: me-
dij vtiq3 erit cōiectatrix. ¶ Dico aūt moralem:
hec eniz vtiq3 erit circa paſſiones ⁊ opationes:
in his eniz eſt ſupabūdātia ⁊ defectꝰ ⁊ mediū:
puta ⁊ audere ⁊ timere ⁊ ꝯcupiſcere: ⁊ auerti
⁊ iraſci ⁊ miſereri: ⁊ vlr̄ delectari ⁊ triſtari eſt
⁊ magis ⁊ minus: ⁊ vtraq3 nō bn̄: qn̄ autē opz Q
⁊ in qbꝰ ⁊ ad quos ⁊ cuius gr̃a: ⁊ vt opz ⁊ me-
dium ⁊ optimū qḋ eſt in virtute. Similr̄ autē
circa operationes eſt ſuperabundātia ⁊ defe-
ctus ⁊ mediū: virtus aūt circa paſſiones ⁊ ope-
rationes eſt: in q̄bus quidē ſuperabundātia vi-
tioſa eſt ⁊ defectus vitupat̄. Mediū aūt lau-
dat̄ ⁊ dirigit̄. ¶ Hec aūt ambo ꝓ virtutis: medie-
tas q̄dā ergo eſt v̄tus cōiectatrix exiſtēs medij.
¶ Hec eſt 3ª pars pncipalis huius capl'i: in qua ph̃s ꝓbat
ꝯclōnē intentā. ſ. q oīs v̄tus moralis eſt ꝯiectatrix medij:
ſiue q oīs virtus moralis cōſiſtit in medio: ⁊ cōtinet iſta
pars tres particulas. In pma ponit vnā rōnē acceptā per
locū a minori. In 2ᵒ ibi, Adhuc peccare. ꝓbat idē p aliā
rationem

A rōnē acceptā ex difficultate attigēdi mediū. In 3° ibi[ Eſt ergo virtꝰ.]ꝯcludit diffōnē vtutis moralis. In pᵐa ꝑticula ꝓbat ꝓhs ꝙ ois vtꝰ moralis ꝯſiſtit in medio: ⁊ hec eſt cōclō 15ª que ꝓbat̄ dupli̾r. Primo ꝑ locū a minori ſic. Ois ſcia opatiua ſiue ois ars cū bn̄ ꝑficit opus ſuū attingit mediū: ſʒ vtꝰ moralis eſt certior ⁊ melior oi arte ſicut nā eſt melior ⁊ rectior oi arte: cū igit̄ ois ars cū bene ꝑficit opꝰ ſuuꝫ attingit mediū: ſequit̄ ꝑ locū a minori ꝙ ois vtus moralis attingit mediū ⁊ ꝯſiſtit in medio. Maior declarat̄ ꝑ qōdā ſignū: ⁊ eſt ꝙ artifices ⁊ vir̄ oēs opibꝰ bn̄ ſe habētibꝰ ꝯſueuerūt dicere ꝙ ad ea nō eſt aliqd apponēdū nec ab eis eſt aliqd auferēdū: ꝑ hoc ſignificātes ꝙ ſupabūdātia ⁊ defectus corrūpūt bonitatē opis: ⁊ medietas inter ſupabūdantiā ⁊ defectū ſaluat bonitatē opis: ⁊ ita bonitas artificiati ꝯſiſtit in medio iter ſupabūdātiā ⁊ defectū: ⁊ ita artifices cū bn̄ ꝑficiūt opa ſua attingūt mediū inter ſupabūdātiaꝫ ⁊ defectū. B Circa minorē eſt ſciēdū ꝙ vtus eſt melior ⁊ certior oi arte: qꝛ vtus determinate inclinat ad bonū ad modū nāe: ⁊ iō ꝑ vtutē nō ꝯtingit male opari: ſʒ per arteꝫ pōt hō indifferēter bn̄ opari vel male: ꝑ artē eniꝫ eſt cognitio de bono opis: ſʒ ars nō inclinat ad bn̄ opandū ſʒ ad bn̄ cognoſcēdū: ⁊ iō ꝯtingit male vti arte: ſed non cōtingit male vti vtute. ¶ Dubitat̄ hic qꝛ nō videt̄ ꝙ ars cū bene ꝑficit opus ſuuꝫ attingat mediū: qꝛ quāto res artificioſius fit tāto magis accedit ad extremū: ⁊ per ꝯñs ars non reſpicit mediū. ¶ Dicēdū ꝙ ars reſpicit mediū inter ſupabūdātiā ⁊ defectū: qꝛ quāto res fit meliꝰ per artē tāto magis eſt receſſus a ſupabūdātia ⁊ defectu: verūtn̄ nec ars nec vtus reſpicit mediū inter bonū ⁊ malū: imo quāto meliꝰ res fit tanto eſt maior acceſſus ad bonuꝫ: vnde ſi comparemus bonum ⁊ malum ad inuiceꝫ ſicut extrema: ſic tam virtus ꝗ̄ ars reſpiciunt extrema. C Si vō comparemus ſuperabūdantiam ⁊ defectū ad inuicem tanꝗ̄ extrema: ſic tam virtus ꝗ̄ ars reſpicit medium.[ Dico autē.] explanat de qua virtute loquit̄ cū dicit mediū ſaluare vtutē ⁊ extrema corrūpere vtuteꝫ. ⁊ dicit ꝙ debet intelligi de virtute morali: nā vtus moralis eſt circa opatiōes ⁊ paſſiōes in qbꝰ inuenit̄ ſupabundātia ⁊ defectꝰ ⁊ mediū: ⁊ exēplificat pᵐo in paſſionibꝰ dicēs ꝙ cōtingit timere ⁊ audere ⁊ ꝯcupiſcere ⁊ auerti. ſ. fugere ⁊ iraſci ⁊ miſereri ⁊ vir̄ delectari ⁊ triſtari magis ⁊ minus: ⁊ vtraqꝫ hec nō fiunt bn̄: ſed ſi aliqs timeat ⁊ audeat quādo oportet: ⁊ q̄ oportet: ⁊ in qbus opꝫ: ⁊ quos opꝫ: ⁊ cuius gratia opꝫ: ⁊ eo mō quo oportet: hoc erit mediū in huiuſmodi paſſionibus ⁊ in hoc cōſiſtit optimū eius. i. optima diſpō que eſt vtus. Deinde exemplificat in operationibꝰ. d. ꝙ ſimil̄r circa opationes eſt ſupabūdātia ⁊ defectus ⁊ medium: ⁊ virtus moralis eſt circa paſſiones D ⁊ opationes ſicut circa propriā materiā: ⁊ in his eſt ſuperabundātia ⁊ defectus que vitioſa ſunt ⁊ vituperabilia: ſed mediū laudat̄ ⁊ dirigit̄. i. recte ſe habet.[ Hec autem ambo.] ſ. rectitudo que opponitur vitio ⁊ laus que opponit̄ vituperio pertinet ad virtutē: ſic ergo apparet ꝙ vtus moralis eſt quedā medietas ⁊ coniectatrix medij inquantuꝫ paſſiones ⁊ operationes ad mediū dirigit ⁊ reducit.

15ª ꝯclo pri° ſcdi libri.

Nota

Dubiū.

Solō.

¶ Preterea peccare qdē multis modis cōtingit. malū enim eſt infiniti vt pythagorici putāt: bonū vō finiti: at recte agere vnice. Quapropter ⁊ alterū facile: alterū difficile eſt. Facile qdē nō attingere ſignū: difficile aūt illud attingere. Et ob hoc igit̄ nimiū qdē atqꝫ paruꝫ vitio aſcribunt̄: mediocritas vō vtuti. Uno nāqꝫ mō bonus eſt: multiſqꝫ nefandus.

¶ Adhuc peccare qdem multis modis dicitur. Malū eniꝫ infiniti vt pythagorici exiſtimauerunt: bonuꝫ aūt finiti: dirigere aūt vno modo. Ideoqꝫ hoc qdeꝫ facile: hoc aūt difficile. Facile qdem nō cōtingere ſignū: difficile aūt cōtingere: ⁊ ꝓpter hoc igit̄ malitie qdem eſt ſupabundantia ⁊ defectus. Uirtutis aūt medietas. Boni eniꝫ qdē ſimpliciter: multifarie aūt mali. E

tractat⁹. 2. de actibus fortitudinis ⁊ vitioꝝ inter q̄ fortitudo eſt medietas. p̄ determinās actū fortitudis ⁊ vitioꝝ oppoſitoꝝ q̄tū ad timorē ⁊ audaciā: deinde q̄tū ad ſpem ⁊ deſperationē. ⁊ ille q̄ ſupabundat in pauiditate eſt inoiat⁹: q̄z raro accidit: qui aūt ſupabundat in audēdo circa terribilia eſt audax: ſuperbus enī nō eſt vere audax ſed vult videri audax vel fortis: qui autē deficit in audendo ⁊ ſuperabundat in timendo eſt timidus: fortis ꝟo medio modo ſe habet.

¶ Nō eſt idē vniuerſis terribile. Et dicim⁹ etiā aliq̄d eſſe q̄d facultatē ſuperat hoīs. Id igit̃ vnicuiq3 terri-

I bile eſt homini ſane mentis:at ea que metas faculta/tis nõ egrediunt humane:magnitudie differũt ⁊ intẽ/ſione remiſſioneqꝫ. Siſr aũt ⁊ ea in qbus cõfidimus. Fortis itaqꝫ impauidus eſt vt hõ:atqꝫ timebit qdẽ ⁊ huiuſcemodi res formidoloſas. Ucꝝ vt opꝫ ⁊ vt di/ctat rõ tolerabit honeſtatis cã:hec eniꝫ ipſius ỽtutis eſt finis:fit aũt vt hec ⁊ magis ⁊ minus timeãt hoies: ⁊ ẽt vt ea que nõ terribilia ſunt vt terribilia metuant. Atqꝫ delinquit cũ metuũt aut ea q̃ non opꝫ metuere: aut nõ quẽadmodum opꝫ:aut non qñ opꝫ aliqd tale. Simil'r peccat ⁊ circa ea in qbus cõfidimus.

Caput 2m tra. 2. 3. li. ethi. K TErribile aũt nõ oib⁹ qdẽ idem. Dici mus aũt qd ⁊ ſup hoiẽꝫ:hoc qdẽ igit oi terribile intellectũ hñti:qḋ aũt ſm

p̃a pa. c. hoiẽꝫ differt magnitudie: ⁊ in eo qḋ magis ⁊ min⁹. Siſr aũt ⁊ auſibilia. ¶ Fortis aũt inſtupefactibilis vt hõ. Timebit qdẽ igit ⁊

Uirtutis finis. talia:vt opꝫ aũt ⁊ vt rõ ſuſtinebit boni grã:hic eniꝫ finis ỽtutis. Eſt aũt magis ⁊ min⁹ hec ti/mere: ⁊ adhuc nõ terribilia vt talia timere. Fit aũt peccatoꝝ:hoc qdeꝫ qñ nõ opꝫ:hoc aũt qñ nõ vt opꝫ. hoc ỽo qñ non quando:vel aliquid taliuꝫ. Similiter autem ⁊ circa auſibilia.

Capl̃. 2. tra. 2. diui ſio in tres partes. Iſtud eſt capl̃ꝫ 2m tractat⁹ ſcḋi in quo determinat de actu fortitudis ⁊ de actib⁹ vitioꝝ oppo ſitoꝝ fortitudini ⁊ cõtinet tres ptes. In p̃a determinat de actu fortitudis. In 2a ibi⌊ Supabũdãtiuꝫ aũt.⌋determiat de actib⁹ vitioꝝ oppoſitoꝝ fortitudini. In 3a ibi⌊ Et auda ces qdẽ.⌋cõparat fortitudinẽ q̃ eſt vt⁹ ad q̃dã ſibi ſilia. p̃a ps continet duas pticulas. In p̃a diſtinguit ph̃s terribile circa qḋ eſt act⁹ fortitudis narrãs quõ fortis ſe hꝫ circa hõ terribilia. In 2a ibi⌊ Qui qdẽ igit.⌋oſtẽdit qs eſt act⁹ pro/

L pri⁹ fortitudis p cõparationẽ ad act⁹ vitioꝝ oppoſitorum fortitudini. In p̃a igit pticula diſtinguit terribile dicẽs:ꝙ nõ eſt idẽ terribile oib⁹ qꝛ qḋdã eſt terribile qḋ eſt ſuper hoiẽꝫ hoc eſt excedẽs facultatẽ humanã cui nõ põt hõ re/ſiſtere cuiuſmodi eſt terremot⁹:inundatio maris:⁊ hꝫ eſt terribile cuilibet ſapiẽti. ¶ Aliud eſt terribile qḋ eſt ſm hoiẽꝫ q̃ſi nõ excedẽs facultatẽ ipſi⁹ ad reſiſtẽdũ:⁊ hꝫ põt eſſe terribile ſꝫ magis ⁊ min⁹:qꝛ magis terribile eſt ſi ꝯue niãt plures hoſtes q̃ꝫ ſi pauci. ⁊ ſiſr põt eẽ magis terribile ſm ꝙ magis appropinquãt ⁊ magis odiũt:nec eſt idẽ ter/ribile oib⁹. Nã aliqd eſt terribile puero qḋ nõ eſt terribi/

M le viro pfecto. ¶ Euſtrati⁹ dicit hic ꝙ ph̃s per ꝭ ꝙ dicit. ⌊ Terribile nõ oib⁹.⌋oſtẽdit ꝙ ſunt q̃dã terribilia hoib⁹ ⁊ alijs alia:nã amatori pecuniaꝝ:abiectio pecunie eſt terri/bilis:amatori voluptatũ:que voluptatẽ ĩpediunt:amanti aũt vitã mors:⁊ alijs aliud aliqd.⌊ Fortis aũt.⌋circa p̃di/cta terribilia ſic ſe hꝫ fortis ꝙ pp timorẽ taliũ nõ eſt ſtu/pefactibilis niſi ſꝫ ꝙ cõuenit hoi:oĩs eniꝫ hõ ĩtellectũ ha/hẽs timebit ea q̃ ſunt ſupra hoiem. vñ fortis timebit talia vt opꝫ:⁊ vt recta rõ iudicat cum ea cauere nõ poterit:nec pp timorẽ talium diſcedet a recto iudicio rõnis. Cõtingit aũt q̃nqꝫ ꝙ aliqs magis vel minus timet terribilia q̃ ſunt ſupra hoiem vel ſꝫ hoiẽꝫ q̃ꝫ recta rõ iudicat:⁊ qḋ plus eſt cõtingit q̃nqꝫ ꝙ ea que nõ ſũt terribilia timeat vt terribi lia. vñ peccatũ ꝯtingit ex hoc ꝙ aliqs timet qḋ nõ opꝫ vel vt nõ opꝫ:⁊ ſic de alijs circũſtãtijs ſicut dictũ eſt de terri/bilib⁹ intelligẽdũ eſt de auſibilib⁹. ¶ Lincoñ. dicit hic ꝙ terribilia ſm hoiẽꝫ ſunt p̃uationes ⁊ corruptiones coꝝ q̃ hõ ſm ꝙ hõ ⁊ humano affect⁹ deſiderio deſiderat:ſtudio/ N ſo aũt hoi ſm ꝙ ſtudioſus nõ ſũt terribilia niſi corruptio/nes ⁊ p̃uationes ỽtutũ ⁊ opationũ eaꝝ. vñ p ſalute ỽtutũ paratus eſt ſtudioſus ad ſufficientiã oium ſm hoiẽꝫ terri/biliũ:vitioſis aũt terribilia ſunt voluptatũ ⁊ alioꝝ q̃ corru pte diligũt abſentie q̃ neqꝫ hoi ſꝫ ꝙ hõ terribilia ſũt neqꝫ ſtudioſo:ſꝫ ſũt ſtudioſo max' appetibilia ⁊ iocũda. hec ille.

¶ Qui igit ⁊ ea que opꝫ:⁊ grã cui⁹ opꝫ:⁊ vt opꝫ:⁊ qñ opꝫ fert ⁊ metuit ⁊ idẽdẽ cõfidit:is hõ fortis. Fortis eniꝫ per habitũ:⁊ vt ipſa rõ iubet taꝫ patit:q̃ꝫ ẽt agit. finis aũt opationis oĩs is eſt q accõmodat habitui: ⁊ viro ẽt forti:honeſtũ eſt ipſa fortitudo. Talis igitur ⁊ ipſius eſt finis. Singula nanqꝫ ſuo fine definiuntur. Fortis igitur honeſtatis cauſa ſubit ⁊ agit ea que ad ipſam fortitudinem pertinent. O

¶ Qui qdeꝫ igit q̃ opꝫ:⁊ talis grã ſuſtinet ⁊ ti/met vt opꝫ ⁊ qñ:ſiſr aũt ⁊ audet fortis. Scḋm dignitatẽ. n. ⁊ vt rõ patit:⁊ opat fortis. Finis aũt oĩs opõnis eſt q ſꝫ habitũ:⁊ forti aũt. For titudo bonum. Talis aũt ⁊ finis. Determiat enim vnũqḋqꝫ fine. Boni vtiqꝫ gratia fortis ſuſtinet ⁊ operat que ſm fortitudinem. Fine vnũqḋqꝫ determinat.

¶ Hec eſt 2a pticula:in qua ph̃s oſtẽdit qs eſt act⁹ ꝓpri⁹ fortitudis:⁊ hoc oſtẽdit p cõparationẽ ad act⁹ vitioꝝ oppo ſitoꝝ fortitudini q̃ ſunt timere ⁊ audere:⁊ dicit ꝙ q ſuſti/net q̃ opꝫ ⁊ cui⁹ grã:⁊ timet ⁊ audet q̃ opꝫ ⁊ cui⁹ grã:⁊ ſic de alijs circũſtantijs eſt fortis:⁊ hec eſt ꝯclõ 47a. ſ. ꝙ ille 47a cõclõ huius tertij libri. eſt fortis q audet ⁊ timet ⁊ ſuſtinet q̃ opꝫ ⁊ cui⁹ grã opꝫ ⁊c. ⁊ ꝓbat ſic. Fortis patit p timorẽ ⁊ opat p audaciã ſm ꝙ dignũ eſt:⁊ ſm ꝙ recta rõ iudicat:⁊ ſic opat ille q audet P ⁊ timet ⁊ ſuſtinet que opꝫ ⁊c. vnde põt argui ſic. Qui ſe hꝫ circa mãm fortitudis ſꝫ ꝙ recta rõ iudicat ille eſt fortis: ſed q audet timet ⁊ ſuſtinet q̃ opꝫ ⁊ qñ opꝫ ⁊c. ſe hꝫ circa mãꝫ fortitudis vt recta rõ iudicat:iõ ⁊c.⌊ Finis aũt.⌋ Hic manifeſtat hoc qḋ ipſe dixit. ſ. cui⁹ grã opꝫ forteꝫ opari. ⁊ dicit ꝙ finis fortis eſt fortitudo ideſt act⁹ fortitudinis. nã finis oĩs opõnis virtuoſe eſt q ſm habitũ. i. ſm cõuenien/tiã ꝓprij habitus:vnũqḋqꝫ aũt qḋ eſt ꝓpter finẽ determi natur fine. nam ex fine ſumitur ratio coꝝ que ſunt ad fi/nem:⁊ ideo finis fortitudinis eſt aliquid ad rationeꝫ for/titudinis pertinens. ſ. ꝓpria operatio fortitudinis.

¶ Exuperãtiũ aũt is qdẽ qui in nõ metuẽdo exuperat noie caret. Atqꝫ dictũ eſt antea noib⁹ cõplura vaca/re. At vocari põt inſanus qdam vel ſtupidus ſi nihil oino neqꝫ mot⁹ terre neqꝫ fluctus:vt de celtis dicit Q metuat:ſed his q circa res formidoloſas exuperat cõ/fidendo:audax eſt. Uidet aũt ipſe audax ⁊ arrogans eſſe ⁊ fortitudis ſimulator. Qualis igit eſt fortis circa res ipſas formidoloſas:talis ⁊ ipſe videri vult:itaqꝫ imitat illũ in qb⁹ põt. Quapropter ⁊ cõplures ipſorũ audaces ſunt ſimul ⁊ timidi. In his eniꝫ audẽtes res formidoloſas nõ ſuſtinẽt. Is aũt qui metuendo exupe rat timidus eſt:nam timet ea que nõ opꝫ:⁊ vt nõ opꝫ ⁊ oĩa talia ipſuꝫ ſequunt. Deficit aũt ⁊ in cõfidẽdo:ſꝫ in doloribus exuperans magis eſt manifeſtus.

¶ Supabũdãtiũ aũt q qdẽ in pauiditate inoia/tus. Dictuꝫ eſt aũt nobis in priorib⁹:qñ multa ſũt inoiata. Erit ãt vtiqꝫ aliqs iſan⁹ vel ſine ſen ſu doloris ſi nihil timeat:neqꝫ terremotũ:neqꝫ 2a pa. c.

a inundationes:queadmodū aiunt celte. ℂ Qui aūt i audēdo ſupabūdat:circa terribilia audax: videt aūt ⁊ ſupbus eſſe audax ⁊ fictor fortitudinis. Ut igitur ille circa terribilia ſe hȝ:ſic iſte vult videri:in qb⁹ igit pōt imitat:ppter qḋ ſūt ⁊ multi ipſoꝝ audaces timidi. In his.n.audētes terribilia nō ſuſtinēt. Qui aūt in timēdo ſuperabūdat:timidus etenī que nō opȝ:⁊ vt nō opȝ:⁊ oia talia ſequunt ipſum. Deficit autem ⁊ in audendo:ſed in triſtitijs ſuperabundans magis manifeſtus eſt.

ℂ Hec eſt 2ª ps pncipalis hui⁹ capl'i:in qua determinatur
b de actib⁹ vitioꝝ oppoſitoꝝ fortitudini:⁊ ɔtinet duas pticulas. In pᵃ narrat q ſūt actus vitioꝝ inter q̄ fortitudo eſt medietas. In 2ᵃ ibi [Deſperās vtiqȝ.] Oſidit qualr vitia oppoſita fortitudini ſe hnt ad ſpem ⁊ deſpationem. In pᵃ igit pticula determinat de opōnib⁹ triū oppoſitoꝝ fortitudini.pmo de opōne ei⁹ q deficit in timendo:deinde de opōne ei⁹ q ſupabūdat in audēdo. 3° de opōne ei⁹ q ſupabūdat in timēdo. Dicit ḡ pmo ꝙ lter vitia ad ſupabundanciā ptinētia. Ille eſt inoiatus q ſupabūdat p ipauiditatē cuiuſmodi eſt ille q nihil timet.nā talis ipauiditas raro accidit. Nō enī accidit niſi in aliquo inſano vel in aliquo q nō hȝ ſenſuȝ doloris.ſ.ꝙ nihil timeat:puta nec terremotū nec inundationes nec aliqd talium:ſicut dī accidere in qbuſdā gentib⁹ q̄ dicunt celte. [Qui aūt in audēdo.] Qui aūt ſupabundat in audēdo circa terribilia vocat audax. Aliqs tñ nō eſt vē audax:ſȝ vī.ſ.ſupb⁹:ſupb⁹.n.fingit ſe eē fortē ⁊ audacē.vñ ſicut fortis vel audax ſe hȝ circa terribilia ſic ſupbus vult appere:⁊ pp hoc qñ pōt ſine piculo
c imitat opa fortis vel audacis. vñ multi qui vi'r fortes vl' audaces ſunt ſm veritatē timidi:qꝛ in pūis periculis audaciter ſe hñt:⁊ qñ ea que ſūt terribilia multū ſupueniūt nō ſuſtinēt ea. vñ multi ſupboꝝ ſunt audaces in pūis periculis ⁊ timidi in magnis. Qui aūt in timendo ſupabūdāt vocant timidi:qꝛ timēt qḋ nō opȝ timere:⁊ ſic de alijs circūſtātijs:⁊ ille q ſupabūdat in timēdo deficit in audēdo: ⁊ q̄uis timidus ſupabūdat in timēdo ⁊ deficit in audēdo magis tñ ē vituperabilis:qꝛ ſupabūdat i timēdo q̄ ex B ꝙ deficit i audēdo:qꝛ defect⁹ nō ita pcipit ſicut ſupabūdātia.

ℂ Meticuloſus igit male ſeſe hȝ circa ſpem:qppe cum vniuerſa metuat. Fortis vō ɔtra ſeſe hȝ:ɔfidere nāqȝ hñ ſperātis hoīs ē. Circa igit hec v̄ſat ⁊ audax ⁊ meti-
d culoſus ⁊ fortis:ſȝ diuerſo mō ſeſe hñt ad ipa:illi nāqȝ excupant ⁊ deficiūt:at hic mediocriter ſeſe hȝ ⁊ vt opȝ.

ℂ Deſperās aūt vtiqȝ q eſt timidus. Oia enī timet. Fortis autē ɔrı⁹. In audēdo.n.bone ſpei eſt. ℂ Circa hec qdeȝ igit eſt ⁊ timidus ⁊ audax ⁊ fortis. Differenter autē ſe hñt ad hec:hi qdē enim ſupabundant ⁊ deficiunt:hic autem medio modo habet ⁊ vt oportet.

ℂ Hec eſt 2ª pticula ſcḋe ptis pncipalis:in qua oſidit qualiter timidus ⁊ audax ſe hñt ad ſpeȝ ⁊ deſpationē:⁊ intendit ꝙ ſpes eſt cā audacie ⁊ timor eſt cā deſpationis. Dicit igr ꝙ timidus eſt deſperās:oia enī timet ſȝ fortis ɔrie ſe hȝ:in audēdo enī eſt bone ſpei:vñ timidus dſperat ⁊ fortis eſt bone ſpei:ſpes enī eſt cā audacie ⁊ timor eſt cā deſperationis. Cui⁹ rō eſt.nā obm audacie ⁊ timoris eſt malū:ſȝ obm ſpei ⁊ deſpationis eſt bonū ⁊ appetit⁹ p ſe tēdit in bonū:⁊ p accñs tendit in malū rōne boni adiuncti.ſiſr appetit⁹ p ſe refugit malū:⁊ p accñs refugit bonum rōne e
mali adiuncti:⁊ id qḋ eſt p ſe eſt cā illi⁹ qḋ eſt p accñs.⁊ iō ſpes cui⁹ obm eſt p ſe bonū eſt cā audacie q̄ tēdit in malū: ⁊ eadē rōne timor q per ſe refugit malū,eſt cā deſpatiōis q̄ recedit a bono. [Circa hec qdē igit.] Circa pdictas igit paſſiones ſūt timidus audax ⁊ fortis:ſȝ differenter ſe hñt ad eas:qꝛ audax ⁊ timidus ſupabūdāt in audēdo ⁊ timēdo:ſed fortis medio modo ſe habet ſicut opȝ.

ℂ Et audaces qdē pcipites ſunt añ ipſa pericula ⁊ volunt ea:ſȝ cū in ipſis ſunt tergiuerſant. Fortes aūt in ipſis qdē operibus feruidi ſunt:antea vō quieti.

ℂ Et audaces qdem preuolātes ⁊ volētes ante pericula in ipſis autem deſcedunt. Fortes autē in operibus acuti:prius autem quieti. 3ª pa.c.

ℂ Hec eſt 3ª ps pncipalis hui⁹ capl'i:in qua Phs cōparat fortitudinē ad qdā ſibi ſimilia ⁊ ɔtinet duas pticulas. In f
pᵃ cōparat fortē ⁊ audacē ad inuiceȝ ſm dñam. In 2ª ibi [Queadmodū igit dcm̄ eſt.] cōparat fortē ad eū q ſuſtinet mortē pp moleſtias vitādas vt inopiā:vel pp cupiditatē alicui⁹ rei quā nō pōt hre.pmo ergo ponit dñaȝ inter fortē ⁊ audacē que eſt hec.ꝙ audaces ſunt añ picula ꝑuolantes:qꝛ mouent ex ipetu paſſionis pter rōnē:iō velociter ⁊ ardētes currūt ad ipſa picula:ſȝ qñ ſunt in ipſis periculis diſcedūt:qꝛ motus paſſionis pcedētis vincit a difficultate iminēte:ſed fortes qñ ſunt in periculis ſunt acuti: ſed anteq̄ periculum veniat ſunt quieti:qꝛ non agunt ex impetu paſſionis:ſed ex deliberatione rationis.

ℂ Ut igit dictū eſt fortitudo mediocritas eſt circa ea qbus cōfidimus ⁊ ea que terribilia ſūt in iis q̄ diximꝰ: ⁊ eligit atqȝ fert ipſa:quia eſt honeſtū:⁊ qꝛ eſt turpe g
nō ſubire atqȝ perferre. Mortē aūt ſibi conciſcere ob fugiendam paupertatē:aut amorē:aut moleſtū aliqd nō fortis eſt hoīs:ſed potius timidi. Eſt enim mollitie laborioſa fugere:atqȝ non qꝛ res eſt honeſta oppetit mortē:ſȝ qꝛ malū fugit:fortitudo igit tale aliqd eſt.

ℂ Queadmodum dcm̄ eſt fortitudo medietas eſt circa auſibilia ⁊ terribilia in qb⁹ dcm̄ eſt:⁊ qm̄ bonum deſiderat ⁊ ſuſtinet:vel qm̄ turpe nō. Mori āt fugiētē inopiā vel cupidinē:vl' aliqd triſte:nō fortis:ſȝ magis timidi. Mollities eni fugē laborioſa. ℂ Et nō qm̄ bonū ſuſtinet: ſȝ fugiēs malū. Eſt qdē igit fortitudo tale qd.

ℂ Hec eſt 2ª pticula tertie ptis:in qua cōparat ad inuiceȝ fortē ⁊ illū qui ſuſtinet mortē vt vitet moleſtias ſȝ dñaȝ: h
⁊ eſt hec dña:ꝙ fortis opat virtuoſe ⁊ ſuſtinet picula pp bonū honeſtū:ſȝ ille q morit ppter moleſtias vitādas vel ſeipm interficit vel ab alio libēter mortē patit ad fugiendū inopiā vel ppter cupiditatē alicui⁹ rei quā nō pōt hre nō facit hoc ppter bonū honeſtū:vñ ſic ſuſtinere morteȝ nō pertinet ad fortē ſed ad timidū:⁊ hoc pbat.ſ.ꝙ ſuſtinere mortē ppter moleſtiā vitandā nō ptinet ad fortē:⁊ hec eſt ɔclō 48ª ⁊ pbat dupl'r. Primo ſic. Fugere labo- 24ª ɔclo hui⁹ tertij libri.
rioſa ptinet ad mollitiē animi:ſȝ mollities animi ptinet ad timidū:iō fugere moleſtia ⁊ laborioſa nō ptinent ad fortē ſed ad timidū:⁊ p ɔñs ſuſtinere mortē pp moleſtiā vitandā nō pertinet ad fortē. [Et nō qm̄ bonū.] Scḋo pbatur ſic. Fortis ſuſtinet mortē pp bonū honeſtum:ſȝ q ſuſtinet mortē pp moleſtiā vitādā nō ſuſtinet mortē pp bo⁹ honeſtū.igit ⁊c. ℂ Lincoñ.dic̄ hic.ꝙ qdā ſeipſos iterficiūt ne patiāt iopiā magis volētes mori q̄ iopie miſeriā ſuſtinē. Et qdā pp cupidinē.i.pp amorē q dī heroos ſe iterficiūt:

I sicut legit̄ in poetis quasdā mulieres fuisse magis volentes mori q̄ꝫ tales angustias ⁊ afflictiones sustinere:quemadmoduꝫ legit̄ apud Uirgiliuꝫ in 4.° Eneidos de Didone:sed nō est fortitudo morteꝫ eligere ⁊ assumere vt aliq̄ trāsitoria quecūqꝫ pena vitet̄. Sꝫ fortitudis est mortem assumere:vt bonū meli⁹ q̄ꝫ sit hec vita trāsitoria ex morte pueniat:⁊ vlt̄ q̄cūqꝫ pene sunt fortiter sustinēde vt pueniant maiora bona ex penaꝝ sufferētia q̄ꝫ sunt bona gb⁹ puat̄ penas sufferēs per illaꝝ sufferētiā. Hec Lincoñ.

## Capitulum tertium

tractat⁹ scd̄i libri.3. de gbusdā apparētib⁹ fortitudib⁹ ⁊ nō veris:⁊ sunt qnqꝫ:quaꝝ p⁹ est politica sustinēs picula pp̄ honores ꝯsequēdos ⁊ opprobria fugiēda:⁊ hec maxie assimilat̄ vere fortitudini ad quā reducunt̄ q pp̄ coactionē fortiter agunt:sꝫ hy deteriores sūt politicis eo q̄ nō fugiūt turpe sꝫ triste. Scd̄a est cū aliqui pp̄ experientiam sustinent pericula:ex qua experientia sunt potētes agere ⁊ nō pati qui cum cognoscunt pericula fugiunt:
K mortem magis q̄ꝫ turpe timentes. Tertia est que pp̄ter furorē ire q̄ nālissima est assumēs electionē ⁊ cui⁹ grā vā fit fortitudo. Quarta est q̄ bone spei q̄lis est p̄sūptio inebriatoꝝ. Quinta est q̄ pp̄ ignorātiā:q deteriores sūt fortibus pp̄ spem:q2 fortes pp̄ spem p aliqd̄ tp̄s permanent in periculis:sꝫ fortes pp̄ter ignorantiaꝫ nullam dignitatem habent:sed statim cum cognouerunt periculū fugiūt ⁊c̄.

¶Dicunt̄ ⁊ alie fortitudies quinqꝫ modis. Atqꝫ p̄ma est ipsa ciuilis. Maxie aūt silis est:ciues eniꝫ ob increpationes q̄ sunt ex legib⁹ ⁊ pbra honoresue pericula subeūt ⁊ pp̄terea fortissimi qdē vident̄ eē. Apd̄ quos timidi qdē infames sunt:fortes aūt afficiunt̄ honore.
L Tales ⁊ Homerus affert:vt ⁊ Diomedem ac Hectorem. Dicit enim Hector.

Pā me pulydam⁹ añ ois ip̄e rep̄hēdet. Et Diomedes
Inter enim dicet Troianos optimus Hector.
Tydides metuens puppes confugit ad altas.

Hec aūt ex eo maxie silis est ei de qua supra diximus:q2 fit ob v̄tutē. Ob pudorē eniꝫ ⁊ appetitionē honeste rei:honorib⁹ inquā:⁊ ob fugiēdā reprehēsioneꝫ q̄ qddā est turpis. In eodē posuerit qspiā ⁊ eos q cōpellunt̄ a magistratib⁹:veꝝ deteriores eo sunt:q̄ nō ob pudorē sed ob metū id faciūt:⁊ fugiūt nō rē turpē sed molestā. Cogunt enim iis q potestatē hn̄t:vt Hector.

Quem procul a pugna trepidantem forte videbo.
Is canibus fiet:fiet quoqꝫ vulturis esca.

M

Capui 3.^m ⁊ tra. 2. tertij libri ethi. p̄^a pa.c.

Dicunt̄ aūt ⁊ alie s̄m qnque modos. primū qdē politica:maxie eni assimilat̄. Uident̄ aūt sustinere pericula ciues:pp̄ eas que ex legib⁹ increpationes ⁊ opprobria:⁊ pp̄ honores:⁊ pp̄ hoc fortissimi vident̄ esse apud quos timidi inhonorati:fortes honorati. ¶Tales autē ⁊ Homerus facit:puta Diomedē ⁊ Hectorē. Polydamas mihi primū redargutiōes reponet:⁊ Diomedes:Hector eniꝫ aliqñ dicet in troianis concionans Tirydes aūt a me. ¶Assimilat̄ autē hec maxie ei que pri⁹ dicta est:qm̄ pp̄ v̄tutē fit:pp̄ verecūdiā eniꝫ ⁊ boni desideriū:honoris eniꝫ grā ⁊ fuge opprobrij turpis ex̄tis. ¶Ponet aūt vtiqꝫ aliqs ⁊ a principib⁹ coactos in idē. Deteriores aūt quāto nō pp̄ verecūdiā:sꝫ pp̄ timorē id operant̄:⁊ fugiētes nō turpe sꝫ triste. ¶Cogunt eniꝫ dn̄i quēadmodū Hector quē aūt ego sine bello timentē itelligā:nō sibi sufficiens erit fugere canes. ¶Et qui p̄cipiūt:⁊ si recedāt pcutiētes id opant̄:⁊ qui ante muros ⁊ foueas:⁊ talia preordināt:oēs eniꝫ cogūt. opꝫ aūt non pp̄ter necessitateꝫ fortē esse:sed qm̄ bonum. N

Hoc est 3^m caplm̄. 2. tractatus in quo p̄hs determinat de fortitudie apparente ⁊ nō v̄a:cui⁹ ponit. 5. modos vel spēs:naꝫ q̄dā fortitudo apparēs ⁊ nō v̄a est fortitudo ciuilis:⁊ q̄dā fortitudo militaris:⁊ q̄dā fortitudo furoris:⁊ q̄dā fortitudo pp̄ speꝫ:⁊ q̄dā est fortitudo apparēs ⁊ nō v̄a pp̄ ignorātiā. Istud caplm̄ ꝯtinet qnque partes p̄ncipales. In p̄^a determinat̄ de fortitudie politica seu ciuili. In 2.° ibi⌊ Uidet̄ aūt ⁊ expiētia.⌋ Determiat̄ de fortitudie militari q̄ est pp̄ expiētiā. In 3.° ibi⌊ Et furoreꝫ aūt.⌋ Determiat̄ de fortitudie nō v̄a q̄ est pp̄ timoreꝫ vel irā. In 4.° ibi⌊ Neqꝫ eniꝫ bone spei.⌋ Determinat̄ de fortitudie nō v̄a q̄ est pp̄ spem victorie. In 5.° ibi⌊ Fortes aūt vident̄ ⁊ ignorātes.⌋ Determinat̄ de fortitudie pp̄ ignorantiā. In p̄° igit̄ pte ponit numerū fortitudinū apparentiū ⁊ nō verarū ⁊ dicit q̄ sunt qnqꝫ alie fortitudies deficientes a vera fortitudie. ⁊ p̄ determinat de fortitudie ciuili que nō est fortitudo v̄a. ponēs tres gradus fortitudis ciuilis. p̄mus est q̄ qdā ciues sustinent picula pp̄ honores ꝯsidos ⁊ icrepatiōes vitādas:q2 s̄ꝫ statuta legū ciuiliū fortes honorant̄ ⁊ opprobria iferūt̄ timidis:⁊ pp̄ h̄ apd̄ illas ciuitates i gb⁹ timidis iferūt̄ opprobria ⁊ fortes honorāt̄ Inenunt̄ viri fortissimi s̄ꝫ hāc fortitu^{ne}:⁊ fortassis s̄ꝫ fortitudinē verā.⌊ Tales āt.⌋ iducit exēpla ex Homero q describens troianū bellū iducit tales fortes. s. pp̄ honores ꝯsequēdos ⁊ vitupia vitanda:⁊ iducit Diomedē ex pte grecoꝝ ⁊ Hectorē ex pte troianoꝝ. inducit eniꝫ Hectorē dicenteꝫ hec v̄ba. Polidamas. i. qdā dux troianoꝝ p̄^m redargutionē reponet mihi. i. p̄ me redarguet si nō fortiter egero. Et Diomedes ex pte grecoꝝ seip̄ꝫ exhortās ad fortiter agendū. Hector apud troianos ꝯcionans dicit laudās se ⁊ me vitupenās. Tirydes:idest Diomedes q sic noiat⁹ est a p̄re: a me:sꝫ fugit ⁊ victus est.⌊ Assimilat̄ aūt.⌋ fortitudo politica q̄ est pp̄ opprobria vitāda:⁊ pp̄ honores ꝯsequendos maxie assimilat̄ vere fortitudini cū sit pp̄ verecūdiā que est timor de turpi:⁊ pp̄ honorē q est testimoniuꝫ v̄tutis ⁊ honestatis. Quia igit̄ honor est ppinquus bono honesto ⁊ vitupiuꝫ turpi inhonesto:iō ista fortitudo est ppīqua vere fortitudini q̄ itēdit bonū honestū ⁊ fugit inhonestū:⁊ pp̄ h̄ ista fortitudo maxie assimilat̄ vere fortitudini.⌊ Ponet aūt vtiqꝫ aliqs.⌋ Scd̄s gradus fortitudis politice est fortitudo q̄ est pp̄ timorē pene future:aliq eniꝫ sustinēt pericula i bello p coactionē supioris ꝯminētis penā si fugiāt: ⁊ ista fortitudo est deterior q̄ꝫ p̄cedēs:⁊ hec est ꝯ 49.^a s. q̄ fortitudo q̄ est pp̄ timorē pene est deterior q̄ꝫ fortitudo q̄ est pp̄ honorē ꝯsequēdū vel opprobriū vitādū ⁊ pbat̄ sic. Illa fortitudo q̄ est pp̄ min⁹ malū vitādū ⁊ min⁹ bonum ꝯsequēdū est deterior q̄ꝫ illa q̄ est pp̄ mai⁹ malū vitādū ⁊ magis bonū cōsequēdū:sꝫ fortitudo q̄ est pp̄ timorē pene est pp̄ minus malū vitādū ⁊ min⁹ bonū ꝯsequēdū q̄ꝫ fortitudo q̄ est pp̄ honorē ꝯsequēdū vel opprobriū vitādū. ergo ⁊c̄. Maior p3 de se ⁊ minor declarat̄:q2 honor est ppinquior v̄tuti ⁊ magis bonū q̄ꝫ vitatio pene:⁊ malum inhonestū est deteri⁹ q̄ꝫ malū triste. qui igit̄ pp̄ timorē pene aggredit̄ picula pp̄ min⁹ bonū ꝯsequēdū ⁊ min⁹ malū vitādū aggredit̄ pericula q̄ꝫ ille q exponit se picul is pp̄ter honorem

Tertij. c. 2. tra. diuisio i qnqꝫ partes.

O

P

Q

49.^a ꝯclo huius tertij libri.

A bonorē cōſequēdū ꝛ opprobriū vitādū. vñ iſti ſunt dete-
riores ꝗ ꝓp timorē operanṫ fortia ꝗ̄ qui ꝓpter verecūdiā.
Nōn⁹ ℂ Intelligēdū eſt hic ſm Lincolñ. ꝙ verecūdia ꝛ honor
ſunt ita ꝓpinqua v̄tuti ꝛ bono ꝙ auctor qōnis ſumēs cō-
muniter noīa v̄tutis ꝛ boni verecūdiā v̄tutē vocat ꝛ hono
rē bonū. Fuga aūt opprobrij ex vere turpi idest vitio ve-
re bonū dici pōt nō tñ fuga opprobrij ex alia cauſa ꝗ̄ ex
malitia virtuti oppoſita. hec Lincolñ. [Cogūt enim dñi.]
Ponit exēplū ꝑncipū cogētiū ſubditos ad preliū Hecto-
rē minantē Troianis ſic dicentē: quē ego ſine bello timē-
tē intelligā ſic verberabo eū ꝙ nō erit ſibi ſufficiēs fuge-
re canes. ſ. qn canes comedent eū: qꝛ eius cadauer ꝓijcieṫ
canib⁹. [Et ꝗ ꝑcipiūt.] Tertius gradus fortitudīs politice
eſt qñ aliqs ſuſtinet triſtia ꝛ terribilia per coactionē ſupe
rioris actu penā infligentis. Quidā eniꝫ precipiunt ſubdi-
B tis fortiter pugnare ꝛ ipſos percutiūt: ſi fugiant a pugna.
ℂ Aliud exēplū eiuſdē ponit eos. ſ. ꝗ ante muros foueas
ꝛ hm̄ obſtacula preordinant ne poſſit ꝑliantibus fuga pa-
tere: opꝫ eniꝫ tūc fortiter pugnare: aut ſuccūbere: ſꝫ nullus
horꝫ eſt vere fortis: qꝛ nō opꝫ fortē eſſe ꝓpter neceſſitatē
vel coactionē: ſꝫ voluntarie ꝛ ꝓp bonū virtutis.
Idēꝫ faciunt ꝛ ꝗ iperāt: ꝛ ſi recedūt verberib⁹ afficiūt
ꝛ ꝗ ante foſſas ꝛ huiuſmodi loca ꝯſtruūt aciēꝫ: oēs. n.
cogūt: at nō neccitate ſꝫ qꝛ res eſt honeſta fortē eē oꝫ.
ℂ Videṫ etiā ꝛ ipſa ſingulariū rerū peritia fortitudo
eſſe. Quapꝑ ꝛ Socrates fortitudinē ſciam eſſe puta-
uit. Tales aūt alij qdē in alijs ſunt. In rebus aūt bel-
licis milites. Sūt eniꝫ in bello cōplures res vane: que
qdē maxīe ipſis ſunt note. Atqꝫ iō fortes videnṫ: quia
C quales ſunt ille alij neſciūt deīde ꝛ aduerſarios offen-
dere ꝛ ſeipſos tueri maxīe experiētia poſſunt: ꝛ euita-
re hoſtis conatus: ꝛ illuꝫ ꝑcutere: cū armis vti poſſint
ꝛ talia habeāt vt ꝛ ad faciēdū ſint ꝛ nō patiendū aptiſ
ſimi. Quibus efficitur vt ipſi tanꝗ̄ aduerſus inermes
armati: ꝛ tanꝗ̄ aduerſus rudes ludi magiſtri decer-
tent: eteniꝫ in huiuſcemodi certaminib⁹ nō ii ſunt pu-
gnaciſſimi ꝗ fortiſſimi ſūt: ſꝫ ii ꝗ vires ampliſſimas hñt
ꝛ optime ſeſe hñt corporib⁹. At v̄o milites tūc timi-
di ſunt cū excreſcit periculuꝫ: ꝛ inferiores ſunt copijs
ac apparatu: primi nāqꝫ fugā arripiūt: vrbane v̄o co-
pie manent atqꝫ intereūt qḋ qdem ꝛ in hermeo acci-
dit. He nāqꝫ turpe fugere ꝛ mortē tali ſaluti preferen
daꝫ eſſe cenſent: illi v̄o vt ſupiores ab initio ſeſe obie-
ctant periculis. Re aūt itellecta fugā arripiūt mortem
D magis ꝗ̄ dedec⁹ formidātes: ſꝫ vir fortis nō eſt talis.
2ᵒ p̄o. c. ℂ Videṫ aūt ꝛ experientia circa ſingularia for-
titudo eſſe: vñ ꝛ Socrates exiſtimauit ſciaꝫ eē
fortitudinē: tales aūt alij qdē in alijs. In belli-
cis aūt milites. Videnṫ autē multa eſſe inania
belli que maxime cōſpexerūt iſti. videnṫ vtiqꝫ
fortes: qm̄ nō ſciunt alij q̄lia ſunt: deinde face-
re ſed nō pati maxīe pñt experiētia: ꝛ cuſtodire
ꝛ ꝑcutere potētes vti armis ꝛ talia hñtes q̄lia
vtiqꝫ erūt: ꝛ ad facere ꝛ ad nō pati fortiſſima.
Queādmodū igiṫ inermibus armati pugnant
ꝛ athlete idiotis: eteniꝫ in talibus agonibus nō
fortiſſimi pugnatiſſimi ſunt ſed maxīe potētes
ꝛ corpora optima hñtes. ℂ Milites aūt timi-
di ſunt qñ ſupexcedit periculū ꝛ deficiūt mul- E
titudinib⁹ ꝛ preparationib⁹. primi eniꝫ fugiūt:
ciuilia aūt ꝑmanētia moriunt. Qḋ in Hermeo
cōtingit: his qdē eniꝫ turpe fugere: ꝛ mors tali
ſalute eligibilior. Hi aūt ꝛ ex principio ꝑiclita-
banṫ vt meliores exñtes: cog̃ſcētes aūt fugiunt
mortē magis turpi timētes. Fortis aūt nō talis.
ℂ Hec eſt 2ᵃ pars ꝑncipalis huius capl̄i: in qua determiaṫ
de fortitudine militari que eſt ꝓpter experiētiā. Experti
eniꝫ certi⁹ operanṫ circa ſingula ꝛ milites in bellicis ſunt
experti. vñ cū aliqs ſuſtinet pericula ꝓp experientiā expo
nit ſe ꝑiculis per fortitudinē militarē. ſciētia eniꝫ ꝛ expe-
rientia multū facit ad fortitudinē ꝛ ad alias v̄tutes. vnde
Socrates eſtimauit ſciam eſſe fortitudinē ꝛ eſtimauit ꝙ F
ſcīe ꝛ virtutes ſint idē totalr̄: talē fortitudinē ꝓp experien
tiaꝫ hñt milites. Milites eniꝫ expti ſunt in bello ꝛ ꝓp ex-
perientiā nō credūt periculū iminere. vñ ipſi pugnant cū
aliqs ſicut armati cū inermib⁹: ꝛ ſicut pugiles cū idiotis. i.
cū ruſticis inexptis: qꝛ in talibus actibus athletarū nō illi
qui maxīe poſſunt pugnare ſunt fortiſſimi ſm corpus: ſed
illi qui ſunt maxime potētes ꝓpter experientiā ꝛ hñt cor-
pora optime diſpoſita per aſſueſactionē in armis. [Mili-
tes aūt timidi.] Cōparat fortitudinē ciuilē ad fortitudinē
militarē declarando ꝙ fortitudo ciuilis eſt melior ꝗ̄ for-
titudo militaris: ꝛ hec eſt ꝯclō 5ᵒ ꝛ ꝓbaṫ ſic. Illa fortitu- 5ᵃ ꝯclō huiꝰ tertij libri.
do eſt melior que eſt ſimilior vere fortitudini: ſed fortitu-
do ciuilis eſt ſimilior vere fortitudini ꝗ̄ fortitudo milita-
ris. Igitur fortitudo ciuilis eſt melior fortitudine militari.
Maior pꝫ de ſe ꝛ minor declaraṫ per h ꝙ fortis ciuiliter
magis timet turpitudinē ꝗ̄ mortē: ꝛ vere fortis magis ti- G
met turpitudinē ꝗ̄ mortē: ſed fortis fortitudine militari
magis timet mortē ꝗ̄ turpitudinē, ergo fortitudo ciuilis
eſt ſimilior v̄e fortitudini ꝗ̄ fortitudo militaris. Qꝫ autē
fortis fortitudine militari magis timet mortē ꝗ̄ turpitu-
dinē pꝫ: qꝛ milites tādiu fortiter agant quādiu nō vident
periculū iminere: ſed qñ periculū excedit peritiā quā hñt
in armis. ꝛ qñ nō habēt multitudinē nec alia que requirun
tur ad bellū efficiunṫ timidi: ꝛ tunc ſunt ꝑmi fugientes: ſꝫ
illi qui ſunt ciuiliter fortes ꝑmanētes in periculis moriū-
tur ſicut accidebat i quodā loco. ſ. hermeo vbi militib⁹ fu-
gientibus ciues remāſerūt magis eligētes mortē ꝗ̄ ſalua-
ri per fugā: ſed milites ꝑmo exponebāt ſe ꝑiculis eſtiman
tes ſe meliores ꝛ potētiores: ſꝫ poſtꝗ̄ cognouerūt aduer-
ſarios eē potētiores fugierūt magis timētes mortē ꝗ̄ tur
pem fugā. Lincolñ. dicit hic ꝙ ciuib⁹ fortitudinē politicā
turpe erat fugere ꝛ mors tali ſalute eligibilior: milites aūt H
nō habentes fortitudinē politicā ſed eam que ex experiē-
tia in ꝑncipio belli: cognoſcentes ꝙ periclitabantur idest
erant in periculo vno de ſuis mortuo fugierunt.
ℂ At qui irā etiā ad fortitudinē referūt: fortes eniꝫ ꝛ ii
videnṫ qui ob iraꝫ ferunṫ perinde atqꝫ fere in eos qui
ipſos vulnere affecerāt: qꝛ ꝛ fortes concitanṫ ira. Eſt
eniꝫ ira res impetuoſiſſima ad aggrediēda pericula.
Quapropter Homerus dixit. Vires iniecit ira ꝛ ani-
mum ira concitauit: ꝛ acuta per nares vis: ꝛ efferbuit
ſanguis. Hec enim vniuerſa ire concitationem impe-
tumue ſignificare videntur.
ℂ Et furorē aūt ſup fortitudinē iferūt. Fortes 3ᵒ p̄o ca.
eniꝫ eſſe videnṫ ꝛ ꝗ ꝓp furorē: queādmodū fe-
re in vulnerātes feruntur: qm̄ ꝛ fortes furoris
ſpēm habēt. Impetuoſiſſimus enim furor ad

I pericula. Unde τ Homerus: virtutē imitte furori: τ per virtutē furorē erige: τ auſterā aūt per ſingulas nares virtutē emittebat τ ebulliuit ſanguis. Omnia enim talia videntur ſignificare furoris erectionem τ impetum.

Impetuoſiſſim⁹ ad pericula furor.

℄ Hec eſt 3ª pars huius capl'i: in qua determinatur de tertio mō fortitudis apparētis τ nō vere exiſtētis que eſt fortitudo pp irā vel furorē ad actū fortitudinis ipellentē: τ cōtinet duas pticulas. In pma ponit illū modū fortitudis q eſt ppter furorē. In 2ª ibi [Fortes qdē igit.] ponit driam inter iſtū modū fortitudis: τ fortitudinē verā. In pª igitur pticula narrat φ hoies in cōi vſu loquēdo inferūt furorē ſupra fortitudinē. ſ. dū attribuunt fortitudini ea q̄ per furorē fiunt: furētes enim ſeu irati videntur eſſe fortes ſicut τ
K beſtie q̄ per furorē ɔcitate irruūt in hoies q eas vulnerāt: hȝ enīȝ fortitudo quādā furoris ſilitudinē. nā ſicut fortis cū maxia virtute animi in pericula tēdit: ſic furor cū magno impetu in pericula ducit. furor enīȝ eſt ipetuoſiſſimus ad pericula miniſtrās fortitudineȝ: τ pp hoc Homerus dixit cuidā: virtutē imitte furori: τ per virtutē furorē erige: ita φ p virtutē furor reguletur. Et per furorē virtuti miniſtrātē virtus animi pmptior ad actū reddatur: τ alibi dicit de qbuſdam φ per ſingulas nares emittebāt auſterā virtutē. ſ. furoreȝ q ppter calefactionē cordis facit cū magno impetu reſpirare intātū φ aliqñ ex ipetu ire ebullit ſanguis per nares: τ ſubdit phs dicēs. φ pdicta vba Homeri videntur ſignificare φ furor erigitur τ φ faciat ipetū ad actū fortitudinis.

℄ Fortes igitur ob honeſtatē agunt τ ipſa ira ſubminiſtrat: fere aūt ob dolorē: qr nāqȝ vulnus acceperunt:
L vel qr timent: nā ſi ſuis in luſtris ſint nō inuadūt. Nō igitur ſunt fortes ppterea φ a dolore cōcitate ac ira ad periculū irruunt: nihil puidētes maloȝ: nā hoc mō τ ipſi aſini cum eſuriunt fortes eſſent: nō enīȝ a pabulo verberibus dimouentur. Adulteri quoqȝ pp libidinem multa audēt. Nō igitur fortes ſunt q ob dolorē ac iram ad pericula cōpelluntur. Maxime aūt naturalis ea eſſe vi que eſt ob irā: τ eſſe fortitudo electione ſumpta fineqȝ: τ ipſi etiā hoies cū iraſcuntur dolent: cū vlciſcuntur capiūt voluptatē. Qui aūt pp hec agūt pugnaces qdē ſūt: at nō fortes. Nō. n. ob honeſtatē agūt: nec vt rō pcipit: ſȝ ob ipȝ affectū. Aliq̄ tñ ex pte ſūt ſiles fortib⁹.

℄ Fortes qdē igitur pp bonū operantur: furor aūt coopatur eis. Fere aūt ppter triſtitiā: pp vulne-
M rari eni vel pp timere: qr ſi in ſylua vel in palude eſſent nō aduenirēt. ℄ Nō vtiqȝ ſūt fortes a dolore τ furore ipulſi ad periculū nihil periculoȝ preuidentes: qr ſic τ aſini fortes eſſent eſurientes: percuſſi enīȝ nō deſiſtūt a paſcuis. Sed τ adulteri pp cōcupiſcētiā τ audaciam multa opantur. Nō vtiqȝ ſunt fortia per dolorē vel furorē impulſa ad periculū. Naturaliſſima autē vī que pp furorē eſſe: τ paccipiēs electioneȝ τ cui⁹ grā: fortitudo eſſe. ℄ Et hoies vtiqȝ irati qdē dolēt: punictes aūt delectantur. ℄ Qui aūt ppter hec pugnaces qdē: nō fortes aūt. Nō. n. propter bonum neqȝ vt ratio: ſed propter paſſionem: ſimile autem habent aliquid.

℄ Hec eſt 2ª pticula huius ptis: in qua phs oſtēdit driaȝ inter fortitudinē p furorē τ verā fortitudinē: τ hec eſt differentia φ fortitudo vera eſt ppter bonū virtutis: ſed fortitudo p furorē nō eſt ppter bonū virtutis: ſed pp triſtitiam quā hñt de iniuria illata τ vindicata. vñ pōt poni hic ɔclō N
5ª. ſ. φ fortitudo p furorē nō eſt vera fortitudo: que pbatur ſic. Uere fortes opantur pp bonū virtutis τ furor coopatur eis ſecūdario: ſed fortes ppter furorē operantur pp triſtitiam: ideo τc. Unde ſicut fere vulnerate inuadūt hoies ppter triſtitiā τ dolorē vulnerū vel pp timorem eoȝ que timēt ſe paſſuras vt ſi timeāt ſe vulnerādas τ ex h incitate ad irā inuadūt hoies: qr ſi eſſent in ſylua vel in palude non vulnerarentur neqȝ timerēt: τ nō inuaderēt hoies. vñ in eis nō eſt vera fortitudo: qr ipelluntur ad pericula ſolū dolore τ furore: cū tñ nullū periculoȝ puideāt: ſicut illi q ex electione fortiter operantur. [Nō vtiqȝ ſunt fortes.] Et ſicut aialia q̄ ppter dolorē τ furorē ſuſtinēt triſtia nō ſūt vere fortia: ita q ppter cōcupiſcētiā vel alias paſſiones ſuſtinēt triſtia non ſunt vere fortes: τ hoc pbat phs. ſ. φ q ſuſtinēt triſtia pp cōcupiſcētiā nō ſunt vere fortes: τ hec eſt ɔclō 52ª que ſic pbatur. Si ſoſtinentes triſtia pp cōcupiſcentiā eſſent vere fortes: tūc aſini eſſent vere fortes. ɔñs eſt falſum. ɔña pȝ. nā aſini eſuriētes ppter cōcupiſcētiā cibi ſuſtinent triſtia: qr pp ɔcupiſcētiā cibi aſini pcuſſi nō deſiſtūt a paſcuis. Silr adulteri pp cōcupiſcētiā venereoȝ ſuſtinēt triſtia τ picula: nō tñ ſūt vere fortes. Qui igitur operantur: τ in picula impelluntur ppter paſſiones nō ſunt vere fortes: inter tñ oēs fortitudines q̄ ſunt pp paſſiones illa fortitudo que eſt pp furorem eſt cōnāliſſima vere fortitudini: τ ſi preaccipiat electionē τ debitū fineȝ grā cuius operetur erit vera fortitudo: in vera enīȝ fortitudie dȝ furor ſequi electionē. Iſtud tñ nō eſt ſic itelligēdū φ vna res fiat alia: qr hoc eſt ſimpliciter ipoſſe vt oſtēdetur in octauo huius: ſed ſic intelligitur φ ex fortitudine ppter iraȝ fit fortitudo vera: ſicut aliqd fit ex diſpōne precedēte vel ex termino a quo. [Et hoies vtiqȝ.] Ex paſſione que eſt ira ſiue ex fortitudine q̄ eſt ab ira accidūt hoib⁹ duo. ſ. dolor τ delectatio: dolēt enim pp iniuriā illatā τ nōdū vindicatā. ſed cū punierint illū ɔtra quē iraſcebantur: tunc delectantur: qr iam deſideriū ſuū impleuerūt. [Qui aūt ppter hoc.] Hoc eſt ppter irā fortiter operantur pñt dici pugnaces ſiue pugnatores: ſed nō fortes qr nō operantur bona rōne inducti: ſed pp paſſionē τ pp irā que nō eſt fortitudo vera: ſed hñt aliqd ſile vere fortitudini. ℄ Dubitatur vtrū fortis aſſumat ſibi irā in operādo. Uidetur φ nō: qr ira nō ſubijcitur iperio rōnis: nō enīȝ poteſt vti ira ſȝ ſuū arbitriū: qđ pȝ: qr ira eſt paſſio corpis: τ paſſio corpis mota nō qeſcit qñ hō vult. pȝ ex lib⁰ de memoria: ſed fortis nō aſſumit ſibi in opando aliqd pro inſtrō quo nō pōt vti pro ſuo arbitrio. ℄ Itē ſicut aliq mouentur ad fortiter operandū ppter irā: ita etiam mouentur aliq ad fortiter opandū pp triſtitiā: vt pȝ in feris que pp triſtitiā τ in adulteris q pp cōcupiam multa fortia opantur: ſȝ fortis nō aſſumit ſibi triſtitiaȝ nec cōcupiam. igitur pari rōne nō aſſumit ſibi irā. ℄ Cōtrariū appet hic per phm q dicit φ furor cooperatur fortitudini. ℄ Ad iſtud dubiū dōm eſt φ inter oēs paſſiones fortis maxie aſſumit irā in operādo. nā opus fortis eſt aggredi terribilia τ iuadere: τ inter oēs paſſiones ira ppter ſuū ipetū maxie mouet hoieȝ ad inuadendū illū cui iraſcitur: τ iō inter oēs paſſiones ira maxie iuuat fortitudinē: dū tñ ſit rōne moderata: qđ ēt pȝ ex hoc φ iter oēs fortitudies ſimilitudinarias illa que fit per irā eſt nāliſſima τ ſimilliſſima vere fortitudini vt dicit phs. Cū igitur ſimile iuuatur a ſuo ſimili: pȝ φ ira maxie iuuat fortē in opando. ℄ Ad pᵐ in ɔtrariū dōm eſt φ ira rōne moderata hñ ſubijcitur imperio rōnis: τ iō pōt hō vti tali ira

Right margin notes: 51ª ɔclō huiꝰ tertij libri. — O — 52ª ɔclō huiꝰ tertij libri. — P — Dubiū. pª rō — Q rō 2ª — In oppoſitū phs Solo. — Ad rōnē pᵐ.

ſm ſuum

A ſm ſuum arbitrium:ſʒ nō poſſet vt ira imoderata ſm ꝙ vult:ꝛ de illa ꝓcedit auctoritas ꝑhi. ℂ Ad 2m dōm ꝙ qꝛ

Ad rō/ nē 2m. ira per ſe mouet ad inuadēdū:ꝛ alie paſſiones vt triſtitia ꝯcupia nō mouēt per ſe ſed ſolū ꝑ accñs ad inuadēdū:iō fortis magis aſſumit irā ꝙ̄ triſtitiā vel ꝯcupiam ad actuʒ inuadendi terribilia q eſt ꝑncipalis actus fortitudinis. Qꝛ aūt triſtitia ꝛ ꝯcupia per accñs moueāt ad inadēdū appa ret:qꝛ triſtitia nō mouet ad inuadēdū niſi inquātū eſt cū ire:vel iquātū inuadit pericula vt fugiat triſtitiā:ꝛ ita tri/ ſtitia per accñs mouet ad inuadēdū:ꝯcupia vō nō mouet niſi per accñs ad inuadēdū:qꝛ ꝯcupia per ſe tēdit ad de/ lectabile cui repugnat inuadere pericula:ꝛ ideo ꝯcupiſcē tia nō mouet per ſe ad inuadēdū ſʒ per accñs: vt cū aliqs magis diligit pericula iuadere ꝙ̄ a delectabili abſtinere.

Inſtantia Solo. ℂ Et ſi dicaꝭ ꝙ fortis nō vꝫ indigere ira:qꝛ fortis per ſe eſt ſufficiens ad opus fortitudīs:iō nō indiget ira. ℂ Dōʒ

B Fortitudi nis 2us act9 eſt ꝙ duplex eſt actus fortitudis.ſ.ſuſtinere pi̾cula ꝛ ipſa inuadere ꝛ repellere:ꝛ lʒ fortis ſit ꝑ ſe ſufficiens abſqꝫ ira ad hunc actū q eſt ſuſtinere pericula ꝛ terribilia:nō tñ eſt ſufficiens ad hunc actū qui eſt inuadere ꝛ repellere terri/ bilia:imo ad iſtum actum ira multum cooperatur.

ℂ Nec etiā ii qui ſunt ſpe freti ſunt fortes:nāʒ ex eo qꝛ ſepe multoſqꝫ vicerunt fiduciā in periculis habent.

4a ps.c. ℂ Neqꝫ enim bone ſpei differentes exiſtentes fortes:ꝓpter multotiens enim ꝛ multos viciſ/ ſe confidunt in periculis.

ℂ Hec eſt 4a pars in qua determinat de fortitudine appare te ꝛ nō vera que eſt ꝑꝑ ſpem.ꝛ cōtinet tres particulas. In ꝑma ponit hunc modū fortitudinis. In 2a ibi ⌊ Cōſimiles aūt.⌋ cōparat iſtam fortitudinē vere fortitudini. In 3a ibi

C ⌊ Propter hoc fortioris.⌋ Infert qōdā correlariū.ſ.ꝙ qui in repētinis periculis nō timet neqꝫ perturbaꝭ magis vꝫ eſſe fortis ꝙ̄ ille qui in preuiſis ꝛ manifeſtis periculis nō timet neqꝫ turbaꝭ. In ꝑma igitur particula dicit ꝙ ſicut illi qui ꝓpter irā fortiter agunt nō ſunt vere fortes:ita illi qui ꝓpter ſpem victorie ſolū fortiter agunt nō ſunt vere fortes quia iſti ſunt fortes ꝓpter ſpem:fortiter eniʒ ope/ ranꝭ ꝓpter hoc ꝙ ſperant vincere eo ꝙ multotiēs in peri/ culis exiſtentes vicerunt. vnde ſunt fortes ꝓpter experiē tiam quā habent in bellicis:hoc enim pertinet ad 2m mo/ dum fortitudinis nō vere:ſed ꝓpter ſolam fiduciam quā ex frequentibus victorijs acceperunt operantur fortiter credentes vincere vt alias vicerunt.

ℂ Sunt aūt ſimiles fortibus:qꝛ vtriqꝫ cōfidunt:ſʒ for/ tes qdē ob eas rēs quas paulo antea diximus:illi vō quia ſe ſuperiores eſſe putant:ꝛ nihil viciſſim ſuſceptu

B ros mali:tale ꝛ ipſi ebrij faciunt. Sperāt eniʒ oīa ſibi proſpere euenire. Cum vō nō eueniunt ipſis talia:fu/ gam arripiūt. At viri fortis erat res eas que ſunt hoi/ bus ꝛ videntur formidoloſe ferre:quia honeſtum eſt ferre:ꝛ turpe non ferre.

ℂ Cōſimiles aūt qm̄ ambo audaces:ſed fortes quidem ꝓpter ꝑdicta:hi autēʒ ꝓpter eſtima re melliores eſſe:ꝛ nihil cōtra pati. Tale autem faciunt ꝛ inebriati. ℂ Bene ſperantes eni fiūt

Euid for ti ꝯuenias qm̄ aūt ipſis nō accidunt talia fugiunt. Fortis aūt erit terribilia homini exiſtētia:ꝛ non appa/ rentia ſuſtinere:qm̄ bonum:ꝛ turpe non.

ℂ Hec eſt 2a particula:in qua cōparat hanc fortitudinem fortitudini vere.ꝑmo ſm cōuenientiam.ſcḋo ſm dn̄iam. ſm cōueniētiā:qꝛ fortes ꝓpter ſpem aſſimulanꝭ vere for/ ti in hoc ꝙ ambo ſunt audaces.ſ.audacter pericula aggre

E dientes:ſed differūt in hoc ꝙ vere fortes operanꝭ ex elec/ tione:ꝛ ꝓpter bonum virtutis:ꝛ fortes ꝓpter ſpem ope/ ranꝭ:quia credunt ſe meliores ꝛ poſſe vincere:ꝛ etiaʒ dif/ ferunt alio mō.ſ.per hoc ꝙ fortes ꝓpter ſpem:qñ vident pericula iminere fugiunt:ſed vere fortes non fugiunt qñ vident iminere pericula ſed perſiſtunt in periculis ꝓpter bonū honeſtū ꝛ ad vitandū inhoneſtū. Unde pōt hec po/

53a ꝯclo huius tertij libri. ni ꝯclō 53a.ſ.ꝙ fortes ꝓpter ſpem nō ſunt vere fortes:que ꝓbaꝭ dupl'r. Primo ſic. Uere fortes aggrediunꝭ pericula ex electione ꝛ ꝓpter bonum virtutis:ꝛ fortes ꝓpter ſpem aggrediuntur pericula nō ꝓpter predicta:ſed qꝛ eſtimant ſe eſſe meliores ꝛ ſperant vincere.ergo ꝛc. Uñ fortes ꝑꝑ ſpem ſunt ſimiles ebrijs qui multiplicatis ſpiritib9 ꝓpter vinum efficiunꝭ bone ſpei:ſed quādo eis nō accidunt ea que ſperant non perſiſtunt:ſed fugiunt.⌊ Bene ſperantes

F enim fiunt.⌋ Scḋo ꝓbaꝭ cōcluſio ſic. Fortes ꝓpter ſpem ſunt bene ſperantes ꝛ perſiſtunt in periculis dum eis non apparent pericula iminere ſed ſtatim cum percipiunt eis periculis iminere:ita ꝙ timent vinci tunc fugiunt:ſʒ vere fortes qñ pericula ꝛ homini terribilia ſm veritatē iminēt nō fugiūt:ſed ꝑſiſtūt in periculis ꝓpter bonū ꝛ ad vitan/ dū inhoneſtū.g fortes ꝓpter ſpem nō ſunt vere fortes.

ℂ Quāobrem ꝛ magis fortis eſſe videꝭ ſubitis potius in terroribus interitū eſſe ac ſine turbatione ꝙ̄ in ꝑ/ uiſis. Eſt.n.ab habitu magis aut minus ex apparatu: nam antea viſa cogitatione ꝛ ratione quiſpiam eliget. At ea que repente eueniunt habitu.

ℂ Propter qō fortioris videꝭ eſſe in repētinis timoribus ꝛ impauidū ꝛ inturbatuʒ eſſe ꝙ̄ in

G premanifeſtis. Ab habitu enim magis vel qm̄ minus ex preparatione:premanifeſta quidem enim ſi ex ratione ꝛ cogitatione aliquis preeli/ gat repentina autem ſm habitum.

ℂ Hec eſt 3a particula huius partis:in qua ꝑhs infert qō/ dam correlarium ex predictis:qꝛ enim ad fortez pertinet ſm ꝓpriam inclinationē ſui habitus terribilia ſuſtinere: ideo cōcludit tale correlarium ꝙ ille eſt magis fortis qui in repentinis timoribus nō timet nec turbat:ꝙ̄ ille q non timet in periculis preuiſis ꝛ ꝑus manifeſtis:ꝛ iſta eſt ꝯclō

54a ꝯclo huius tertij libri. 54a que ſic pōt ꝓbari. Operationes repentine ſunt ab ha bitu:ſed operationes que ſunt preuiſe ꝛ precogitate ſunt a deliberatione rōnis. Qui igiꝭ in repentinis timoribus nō timent habent habituʒ fortitudinis:qꝛ operationes repē/ tine fortitudinis nō ſunt niſi ab habitu fortitudinis:ſʒ alie operationes preexcogitate nō ſunt ab habitu:ex hoc argr̄

D ſic. Ille eſt magis fortis qui operaꝭ ex habitu fortitudis ꝙ̄ ille qui nō operaꝭ ex habitu fortitudinis:ſed q operaꝭ fortiter in repentinis timoribus operaꝭ ex habitu fortitu dinis ipſius:qꝛ fortis eſt terribilia ſm hoiem nō apparen tia ſuſtinere ꝓpter bonū cōſequendū ꝛ turpe vitandū:ſʒ qui operaꝭ fortiter in timoribus ꝛ periculis preuiſis non

1m nōm operaꝭ vel nō opꝫ ꝙ operetꝭ ex habitu fortitudis.igiꝭ ꝛc. ℂ Intelligenda ſunt hic duo.ꝑm ꝙ ſi pericula ſunt preco/ gnita ꝛ premanifeſta homo poteſt deliberare:ꝛ ſe bñ ar/ mare ad pericula ſuſtinēda:ꝛ tūc pōt ſine timore aggredi pericula ſine habitu fortitudinis.nam nullus eſt habitus vel paſſio ita vehemens cui ratio nō poſſit reſiſtere:dum/ modo vſus rōnis maneat per quem hō pōt ſe habere ad oppoſita:ſed in repētinis timoribus nō pōt homo delibe/

2m nōm rare:iō in illis operaꝭ per habitū. ℂ Scḋo eſt ſciendū ꝙ iſte quartus modus fortitudinis differt a mō ſcḋo:qꝛ non eſt idem operari ꝓpter ſpem ꝛ operari ꝓpter experiētiā.

I nã inexperti poſſunt ſperare victoriã pp hoc ꝙ multotiẽs vicerũt: cõtingit eniʒ multotiẽs vincere abſqʒ experiẽtia.
C Fortes ẽt eſſe videnꝶ ⁊ qui ignorant: ⁊ ſunt non longe ab iis qui ſpe freti confidunt. Deteriores aũt ſunt: quãtũ dignitatis nihil habent: illi aũt habent: quapp ⁊ aliquo tempore manent. Hi võ decepti ſi cognouerint vel ſuſpicati fuerint aliud eſſe ꝙ̃ putabãt fugiũt. Qd̃ qdem Argiuis contigit cum in Lacedemonios tanqꝫ in Sicyonios incidiſſent. Dictum igitur quales nam ſint ipſi fortes: ⁊ ii quoqʒ qui fortes eſſe videnꝶ.
5ª p°.c. C Fortes aũt videntur ⁊ ignorantes: ⁊ ſunt nõ longe ab his qui bone ſpei. Deteriores autem quanto dignitatem nullam habent illi autem: K propter quod ⁊ permanent per aliqđ tempus. Hi autem decepti: qm̃ ſi cognouerint aliud ꝙ̃ ſuſpicantur fugiunt. Qr argiui patiebanꝶ icidẽtes lacedemoniis vt Sicyoniis: ⁊ fortes vtiqʒ dicti ſunt: quales quidã: ⁊ exiſtimati fortes.
C Hec eſt 5ª particula: in qua poniꝶ qntus modus fortitudinis apparentis ⁊ nõ vere: ⁊ hec fortitudo eſt fortitudo pp ignorantiaʒ. illi võ qui ignorant pericula audacter ſe exponentes periculis ignorantes ea eſſe pericula videntur eſſe fortes. C Euſtratius dicit hic ꝙ ignorantes ⁊ inexperti periculorũ aggrediunꝶ terribilia: ⁊ videnꝶ eſſe fortes. vnde ⁊ pverbium fluxit dulce inexpto belluʒ. vñ qui ignorant pericula ſunt ſimiles fortibus pp ſpem: ſunt tñ illis deteriores: ⁊ hoc pbat phs. ſ. ꝙ fortes pp ignorantiã ſunt deteriores ꝙ̃ fortes pp ſpem: ⁊ hec eſt pcluſio 55ª ⁊ pbaꝶ ſic. Illi qui nullaʒ dignitatẽ habẽt ſunt deteriores illis qui aliquã dignitatẽ hñt. ſed fortes pp ignorantiã nullam dignitatẽ habẽt per quã ſe mouent ad pericula ⁊ fortes pp ſpem aliquã dignitatẽ habẽt. ergo ⁊c̃. Maior eſt manifeſta ⁊ minor pbaꝶ quantum ad vtranqʒ eius ptem. pmo quãtũ ad pmã partẽ. Nam fortes pp

L 55ª pcluſio huius tertij libri.

ignorantiã ex ſolo defectu ſcientie currunt ad pericula nõ eſtimantes ea que ipſi aggrediunꝶ eſſe periculoſa: ⁊ ita ex ſola defectione ſcientie que nõ eſt alia dignitas ſeu aliquã dignitateʒ includens ſe mouent ad pericula: ⁊ ſic pʒ pma pars minoris. 2ª pars etiã pʒ: qꝛ fortes pp ſpem habẽt ſciam. Cognoſcunt enim ꝙ illa que ipſi aggrediunꝶ ſunt periculoſa in ſe: ſed nõ reputãt ea eſſe ſibi periculoſa: ⁊ ita habẽt aliquã dignitatẽ. ſ. ſciam. ⁊ ideo illi qui aggrediunꝶ pericula pp ignorantiã ſtatim cum cognoſcunt ea eſſe pericula que aggrediunꝶ fugiunt: ſed illi q ſunt bone ſpei poſtꝙ̃ cognoſcũt ꝙ ſunt pericula permanẽt per aliqđ tpꝰ: ⁊ ita fortes pp ignorantiã ſunt deteriores ꝙ̃ fortes pp ſpem. C Circa iſtud caplm̃ eſt ſciendum qđo ſumunꝶ iſti qnqʒ modi fortitudinis nõ vere: ſed ſimilis vere: qꝛ cum fortitudo vera ſit virtus moralis ad quã requiriꝶ ſcire ⁊ eligere ⁊ pp bonum eligere: põt aliqs operando circa mãm fortitudinis tripl'r deficere a vera fortitudine: aut pp defectũ ſcientie: ⁊ ſic eſt qntus modus ſm̃ quẽ aliqs diciꝶ fortis pp ignorantiã. Aut pp defectum electionis. ſ. qꝛ nõ operaꝶ ex electione: ſed ex paſſione: ⁊ hoc põt eſſe dupl'r: aut qꝛ opaꝶ ex paſſione impellente animũ ad aggrediendũ pericula cuiuſmodi eſt ira: ⁊ ſic eſt fortitudo 3° mõ dicta: cuiuſmodi eſt fortitudo ire ſeu furoris: vel eſt paſſio firmans animum cõtra pericula cuiuſmodi eſt ſpes: ⁊ ſic eſt quartus modus fortitudinis apparẽtis. ſ. fortitudo ſpei. 3° modo deficit aliquis a vera fortitudine pp indebitũ motiuũ: q licʒ ex electiõe opeꝶ eligẽdo ea q̃ fortis eligit. ſ. ſuſtinere ⁊ aggredi pericula: tñ hoc eſt pp motiuũ indebitũ ſicut milites q pp armorũ experientiã aggrediunꝶ terribilia: eo ꝙ ſue peritie innitentes nõ reputant ea que aggrediunꝶ eſſe ſibi pꝛiculoſa: ⁊ ſic eſt ſcđs modus qui dr̃ fortitudo militaris vel experimentalis: aut eligit cauſa agẽdi pꝛicula p idebitũ finẽ. ſ. nõ pp bonũ cõe ⁊ virtutis: ſʒ pp honores pſeqndos vel penas vitãdas q̃ a ſupioribꝰ actu ifligunꝶ vel cõminanꝶ infligi: ⁊ ſic eſt pmus modus. ſ. fortitudo politica ſiue ciuilis. C Nota ꝙ fortitudo vera requirit ſcire ⁊ eligere pp hoc. ſ. pp finẽ debitũ ⁊c̃.


N

Nõ

O

P

Nõ




M

# Capitulum quartum

tractatus ſcđi libri tertij de pprietatibus fortitudinis declarãs ꝙ vera fortitudo magis eſt circa terribilia ꝙ̃ circa auſibilia: vel ꝙ magis eſt circa timores ꝙ̃ circa audacias: ⁊ ꝙ nulla vel pauca delectabilia hʒ preter finem ſed eſt maxime circa triſtitias: ⁊ ꝙ̃to qs virtuoſior eſt ⁊ felicior tanto magis triſtaꝶ in morte: ⁊ p illaʒ tñ triſtitiã nõ diminuiꝶ eius fortitudo: ſed magis augmẽtatur: ⁊ ꝙ pprietates predicte vere fortitudinis nõ inſunt fortitudini militari ſtipendiariorum ex quibus figural'r apparet quid eſt vera fortitudo ⁊c̃.
C Sed ꝙ̃ꝙ̃ circa fiducias metuſue fortitudo verſaꝶ: tamen nõ ſimili mõ circa vtrãqʒ: ſed magis circa res formidoloſas cernitur. Qui nãqʒ nõ turbaꝶ in hiſce: atqʒ ſe hʒ circa has vt opʒ: magis eſt fortis ꝙ̃ is q circa eas in qbus confiditur ſe hʒ vt oportet.

Circa audacias aũt ⁊ timores: fortitudo exiſtens nõ ſil'r circa ambo eſt: ſed magis circa terribilia. In his eniʒ imperturbatus: ⁊ circa hec vt opʒ hñs fortis magis ꝙ̃ qui circa audacias. Capitulum 4m tractatus 2. tertij libri eth. p° p°.c.

Iſtud eſt 4m caplm̃ tractatus ſcđi. in quo determinaꝶ de pprietatibus fortitudinis: ⁊ continet quatuor ptes pncipales. In pma determinatur qđo ſe hʒ ad Quartũ caplm̃ tractatus 2. diuiſio in 4or partes.

hʒ ad

A bꝫ ad timoreꝫ ⁊ audaciā. Jn 2ª ibi [Jn ſuſtinendo vtiqꝫ.] oſtendit quō fortitudo ſe habet ad triſtitiā. Jn 3ª pte ibi [Sed adhuc videbit.] oſtenditur quō fortitudo ſe hꝫ ad ipſaꝫ delectationē. Jn 4ª pte ibi [Milites aūt.] excludit ꝓprietates ꝑdictas vere fortitudinis a fortitudine militari epilogando quedā dicta de fortitudine. Jn ṗma igit parte ponit ṗmā ꝓprietatē fortitudis que eſt ꝙ cū fortitudo ſit circa triſtia ⁊ auſibilia fortitudo magis hꝫ eſſe circa terribilia ꝙ̄ circa auſibilia: ſiue ꝙ fortitudo magis hꝫ eſſe circa timores ꝙ̄ circa audacias: ⁊ hec eſt ɔclo 56ª ⁊ ꝓbat ſic. Fortitudo magis eſt circa illō circa qō fortis magis laudat: ſed fortis magis laudat in hoc ꝙ bn̄ ſe hꝫ circa terribilia ꝙ̄ in hoc ꝙ bn̄ ſe hꝫ circa auſibilia. g̊ fortitudo magis eſt circa terribilia ꝙ̄ circa auſibilia. Maior huius rōnis eſt manifeſta: ⁊ minor pꝫ: ex hoc ꝙ timor imminet hoi ex aliquo fortiori cōtra ipſuꝫ inſurgēte. ⁊ audacia

56ª ɔclo huiꝰ tertij libri.

B inſurgit ex hoc ꝙ aliqs exiſtimat eū quē inuadit nō excedere ſuā poteſtatē. mō difficilius eſt ſtare ɔtra fortiorē ꝙ̄ inſurgere in equalē vel minorē. Cū igit virtus magis laudatur circa magis difficile: ſequit ꝙ fortitudo magis laudat circa timores ꝙ̄ circa audacias: ſiue circa terribilia ꝙ̄ circa auſibilia quod idem eſt.

¶ Fortes igit ex eo dicunt: qꝛ res vt dictū eſt inferentes dolores tolerāt. Jdcirco fortitudo dolores affert ⁊ nō iniuria laudat. Difficilius eniꝫ eſt dolores ferre ꝙ̄ a voluptatibus abſtinere.

2ª pꝰ c. ¶ Jn ſuſtinendo vtiqꝫ triſtia vt dictū eſt fortes dicunt: ꝓp qō ⁊ triſte fortitudo: ⁊ iuſte laudatur: difficilius eniꝫ triſtia vt dictum eſt ſuſtinere: ꝙ̄ a delectabilibus abſtinere.

C ¶ Hec eſt 2ª ps ꝑncipalis: in qua oſtēdit quō fortitudo ſe hꝫ circa triſtitias: ⁊ per hoc pꝫ 2ª ꝓprietas fortitudinis: q̄ eſt circa triſtitias. vn̄ oſtdit ꝙ fortitudo ē circa triſtitias: ⁊ hec eſt ɔclo 57ª ⁊ ꝓbat ſic. Circa illud hꝫ eſſe fortitudo circa qō fortis laudat: ſed fortis laudat in ſuſtinendo triſtia. ergo ⁊c̄. Minor pꝫ ⁊ maior declarat per hoc ꝙ ſi fortis in ſuſtinēdo triſtia nō recedit a bono v̄tutis: tūc multū laudat: qꝛ virtus laudat circa difficile nūc valde difficile eſt ſuſtinere triſtia. nā difficile eſt abſtinē a delectatiōibꝰ: ⁊ difficiliꝰ eſt triſtia ſuſtinere ꝙ̄ a delectatiōibꝰ abſtinere.

57ª ɔclo huiꝰ tertij libri.

¶ Enimuero fortitudinis finis iucūdus eſt: verum ab euenientibus doloribus offuſcat: vt ⁊ in certaminibꝰ fieri ſolet: nā pugilibus finis qdē ipſe iucūdus eſt gr̄a cuius certant: corone inquam atqꝫ honores: ſed cedi moleſtum eſt: cum ſint e carne doloreſqꝫ affert ⁊ oīs oino labor. Atqꝫ quia hec ſūt multa: ideo id gr̄a cuiꝰ

D certant: cū ſit res parua nihil iucundi vī hr̄e. Qꝛ ſi tale ⁊ circa fortitudinē eſt mors qdem atqꝫ vulnera forti viro moleſta erunt atqꝫ inuito. Feret tamen qō honeſtum eſt ea ferre: vel turpe nō ferre.

3ª pꝰ ca. ¶ Sed ⁊ adhuc videbit vtiqꝫ eſſe qui ſm fortitudinē finis delectabilis. ¶ Ab his aūt q̄ circa finē euaneſcere: q̄le ⁊ in gymnaſticis agonibꝰ fit: pugilibus eniꝫ finis delectabilis cuiꝰ gr̄a corona ⁊ honores: ꝑcuti aūt doloroſuꝫ: ſi carnales: ⁊ triſte oīs labor: ꝓp multa auteꝫ hec eſſe: paruū exiſtēs cuiꝰ gr̄a nihil delectabile vī hr̄e. Si vtiqꝫ tale eſt ⁊ qō circa fortitudineꝫ mors qdē ⁊ vulnera triſtia forti ⁊ nolēti erūt. Suſtinet aūt hec: qm̄ bonum vel qm̄ turpe non.

practicus bonoꝝ:g̃ ⁊c. ℄ Notãdũ eſt h̃:ꝙ pħs 6° huius diſtinguit prudẽtiã in tres ꝑtes.ſ.in cõſiliatiuã:iudicatiuaʒ ⁊ executiuã ſeu preceptiuã executiõis. Si.n.qͥs habeat bonã ꝯſiliatiuã:que ꝯſiſtit in bona inqͥſitione medioꝝ ad finẽ:⁊ ẽt hẽat bonã iudicatiuã:ita ꝙ hẽat rectũ iudiᵐ de medijs.ſ.ꝙ mediũ plus valeat ad finẽ ⁊ qḋ minus:⁊ nõ hẽat executiuã ſeu ꝑceptiuã executionis:nõ eſt prudẽs:modicũ eniʒ ꝓdeſt cõſiliari ⁊ iudicare:⁊ nõ exeqͥ ꝯſiliata ⁊ iudicata:iõ opʒ oẽm prudẽtẽ eſſe practicũ:hoc eſt executiuũ hñ ꝯſiliatoꝝ ⁊ iudicatoꝝ.vñ ꝑ practicum in ꝓpoſito itelligit exequẽtẽ vel ꝑcipientẽ exeqͥ recte iudicata.[ Dinũ.] Sed q̃uis prudẽtes nõ ſint icõtinẽtes:tñ qñqʒ exiſtimanſ eſſe incõtinentes ꝓpter hoc ꝙ dini ſeu dinotiti.ſ.ingenioſi ſeu induſtrij qñqʒ ſũt icõtinẽtes:⁊ dinotiui exiſtimanſ eẽ prudẽtes:iõ crediſ qñqʒ ꝙ prudẽtes ſint incõtinẽtes:qḋ tñ non eſt veꝝ:nõ.n.opʒ ꝙ dini ſint prudẽtes ſʒ ꝙ declaratũ eſt in 6° h⁹:prudẽtia.n.ſup̃ dinotitã addit itẽtionẽ ad finẽ boᵐ. H

3 ¶ Et ſunt rōne qdē ꝓpinqua: electiōe vo diuerſa. Nec incōtinēs ſeſe hȝ vt is q ſcit ac cōtēplaᷓ: ſȝ vt is q dormit: aut eſt vinolētus: ⁊ ſponte ſua qdē agit: ſcit.n. quo dāmō ⁊ qd ⁊ cui⁹ gr̄a facit. Malign⁹ tñ nō eſt: electio nāqȝ eſt bona: quare ſemimalignus eſt: ⁊ nō iniuſtus. Non eſt enim inſidiator.

¶ Et ſm qdē rōnē ꝓpe eſſe: differre aūt ſm electionē. ¶ Neqȝ vtiqȝ vt ſciēs ⁊ ſpeculās: ſȝ vt dormiēs ⁊ vinolētus ⁊ volēs qdē: ſm moduȝ eniȝ quēdā ſciēs: ⁊ qd facit ⁊ cuius gr̄a: malus aūt non. Electio.n. aūt epyicbes. ¶ Quare ſemimalus ⁊ nō iniuſtus: nō eniȝ inſidiator.

K ¶ Hec eſt 2ª ꝑticula ꝑme ꝑtis: in qua ph̄s cōpat icōtinentē ⁊ prudētē ad inuicē ſm ꝯueniētiā ⁊ dr̄iaȝ: ⁊ intēdit dicē ꝙ prudēs ⁊ incōtinēs aſſilanᷓ ſȝ rōnē. i. aſſilanᷓ in hoc ꝙ vterqȝ hȝ rōnē rectā: ⁊ differūt ſȝ electionē: qꝛ prudēs ſeqtur rectā electionē ⁊ rectū iudiciū rōnis: ſȝ icōtinēs nō ſequiᷓ rectā rōnē ſȝ paſſionē. [Neqȝ vtiqȝ vt ſciens.] Sed q̄uis prudēs ⁊ incōtinēs ꝯueniāt in h: ꝙ vterqȝ hȝ rectaȝ rōnē: tñ alio mō ⁊ alio hn̄t rōnē: qꝛ incōtinēs nō ē ſciēs in habitu ⁊ ſpeculās in actu ꝑticularia circa que negociaᷓ: ſȝ hȝ ſicut dormiēs ⁊ vinolētus in qbus habitus rōnis eſt ligatus. Incōtinēs aūt peccat voluntarie ⁊ ſciēs: qꝛ in vlī ſcit qd facit: ⁊ ſic de aliis circūſtātiis: nō tñ eſt icōtinēs malus qꝛ nō agit ex electione: ſȝ electio ei⁹ eſt epyiches. i. bona. ſ. qñ eſt extra paſſionē: ſed qñ ſupuenit paſſio corrūpiᷓ eius electio ⁊ vult malū. Et ita pȝ: ꝙ ſm electionē differt incōtinēs a prudēte: qꝛ prudētis electio nō corrūpiᷓ: ſed incōtinētis electio corrūpiᷓ. [Quare ſemimalus.] Ex ꝑdictis ſequiᷓ ꝙ incōtinēs nō eſt malus cū hēat rōnē rectaȝ: ſed eſt

L ſemimalus: ⁊ h pōt poni ꝯclo 30ª. ſ. ꝙ incōtinens eſt ſemimalus: que ꝓbaᷓ ꝑ h ꝙ ad maliciā reqrunᷓ duo. ſ. ꝑuerſitas appetitus ⁊ corruptio rōnis: qcūqȝ igiᷓ hȝ vnū iſtoꝝ ⁊ nō reliquū eſt ſemimalus: qꝛ hȝ medietatē malitie: ſȝ incōtinēs nō hȝ rōnē corruptā: ſed hȝ rōnē rectā in vlī: qñ paſſio inſurgit: ⁊ hȝ rōnē rectaȝ in ꝑticulari ⁊ in actu ceſſante paſſione: ⁊ incōtinēs hȝ ꝑuerſuȝ appetitū: qꝛ voluntarie operaᷓ malū. igiᷓ incōtinēs eſt ſemimalus ⁊ non ſimplr̄ iniuſtus nec iſidiator: q̄ſi ex ꝯſilio ⁊ electiōe agēs malū: qd intelligēdū eſt ꝙ ex habitu incōtinētie nō eſt malus nec iſidiator: ex alio tñ habitu pōt eſſe malus ⁊ inſidiator.

30ª ꝯclo hui⁹. 7. li.

¶ Nā ipſoꝝ alter qdē nō ꝑſiſtit in his q̄ ſtatuit cōſultādo. Bilioſus aūt atra bili nec ad ꝯſultandum oino eſt aptus. Et ſilis eſt igiᷓ incōtinēs ciuitati: que decernat qdē oia que ſunt agenda ⁊ leges habeat bonas: ſȝ nō vtaᷓ: vt Anaxādrides facere dixit.

Urbs conſultabat: leges que negligit almas.

M Malignus aūt ciuitati: q̄ legibus qdē vtaᷓ: ſȝ prauis. Eſt aūt cōtinētia atqȝ icōtinētia circa id qd multitudinis exuperat habitū. Alter.n. magis alter min⁹ ꝑſiſtit q̄ꝫ plurimi poſſunt.

2ª ꝑ 2cl. ¶ Hic qdē eniȝ ipſoꝝ nō imāſiuus qb⁹ vtiqȝ cōſiliabitᷓ: melicus aūt neqȝ conſiliatiu⁹ totaliter. ¶ Et aſſimilaᷓ vtiqȝ incōtinēs ciuitati: cui calculanᷓ oia neceſſaria ⁊ leges hȝ ſtudioſas: vtiᷓ aūt nulla: quēadmodū Anaxādrides cōuitiat⁹ eſt: ciuitas volebat cui legū nihil ē cure: malus aūt vtenti qdē legib⁹: malus aūt. ¶ Eſt aūt incōtinentia ⁊ cōtinentia circa ſuperexcellens multorum habituȝ. h quidem enim magis imanet: h autem minus plurium potentia.

N ¶ Uiſa cōpōne incōtinētis ad prudētē: h in ſcd̄a ꝑte ꝑncipali hui⁹ capl̄i cōpat diuerſas incōtinētias ad inuicē: ⁊ cōtinet duas ꝑticulas. In pª cōpat diuerſos incōtinentes ad inuicē ſȝ ꝯueniētiā. In 2ª ibi [Sanabilior aūt.] cōparat incōtinētes ad inuicē ſm dr̄iam. In ꝑma ḡ ꝑticula intendit dicere ꝙ oēs incōtinētes ꝯueniūt in h ꝙ nō agūt incōtinēter ex ꝯſilio: ⁊ pōt h poni ꝯ 31ª. ſ. ꝙ nullus icōtinēs agit incōtinēter ex ꝯſilio. ſ. recte rōnis. Hec ꝯclo ꝓbatur ſic. Ois incōtinēs vel eſt incōtinēs debilis vel icōtinēs ꝑuolans ſeu irrefrenatus: ſed neuter iſtoꝝ agit ex cōſilio. ḡ nullus incōtinētes agit ex ꝯſilio. Maior pȝ ex ꝑcedētib⁹: ⁊ ē per diuiſionē ꝑ ꝯdictionē: qꝛ ois incōtinēs vel eſt ꝯſiliās q̄ opȝ opari: vel nō eſt ſic ꝯſiliās. ꝑ mō eſt icōtinēs debilis. 2º mō eſt incōtinēs ꝑuolās: ⁊ ſic pȝ maior. ⁊ minor declaraᷓ. Nā h. ſ. debilis ꝯſiliaᷓ ſȝ nō imanet ꝯſilio. ⁊ ita incontinēs non opaᷓ ex ꝯſilio. ſilr̄ icōtinēs ꝑuolās. ſ. icōtinēs melicus nullo mō ꝯſiliaᷓ: ſed ſtatiȝ abſqȝ aliq̄ deliberatione ſeqᷓ paſſioneȝ: ⁊ ita incōtinēs ꝑuolās nō agit ex ꝯſilio cū totalr̄ nō ꝯſilieᷓ. [Et aſſilaᷓ vtiqȝ.] Et qꝛ incōtinēs debilis nō imanet ꝯſilio: idō aſſilaᷓ ciuitati cui calculanᷓ ⁊ prouidenᷓ oia nec̄ia ciuib⁹ bonaſqȝ leges hn̄t: ſȝ eis nō vtenti: ſicut dixit qdā Anaxādrides cōuitiādo ⁊ vituperando ꝙ q̄dā ciuitas volebat hēe leges: ſed ciuib⁹ nō erat cura de obſeruātia legꝫ. Eodē mō incōtinēs debilis hȝ rōnē ⁊ ꝯſiliū: ſȝ nō vtiᷓ cōſilio qd hȝ. Malus aūt. ſ. intēperat⁹ aſſilaᷓ ciuitati vtēti legib⁹ ſed malis. [Eſt aūt incōtinētia.] Et q̄uis incōtinēs nō vtaᷓ rōne quā hȝ: ⁊ cōtinēs vtaᷓ rōne: nō tñ qlibet exceſſus a recta rōne facit incōtinētē: ſȝ ꝯtinētia ⁊ incōtinentia dicunᷓ ſm illud qd excellit habitū ⁊ facultatē multoꝝ. Cōtinens eniȝ imanet recte rōni magis q̄ꝫ multi pn̄t: quia vincit cōcupiſcentias a qbus multi vincunᷓ: ⁊ incontinēs minus imanet rōni quā multi poſſunt: qꝛ vincitur a concupiſcentiis quas multi ſuperant.

31ª ꝯclo hui⁹. 7. li.

O

P ¶ Facilius aūt ea curari pōt incontinentia: qua bilioſi atra bili incōtinēter agūt: q̄ꝫ eoꝝ q deliberant qdē ſed nō ꝑſiſtūt. Et ii facili⁹ curari pn̄t q ꝑ aſſuetudinē: q̄ꝫ ii q nā incōtinētes ſunt. Eſt.n. facili⁹ ꝯſuetudinē q̄ꝫ nām mutare. Idō.n ⁊ ꝯſuetudinē mutare difficile eſt: qꝛ ſilis eſt nature: quēadmodū ⁊ Euenus poeta dixit.

Uſus longus mos eſt ac meditatio crebra.

Hunc tandem aſſero naturam mortalibus eſſe.

Quid igiᷓ cōtinētia ſit ⁊ icōtinētia: ⁊ qd ꝯſtātia mollitiaqȝ: ⁊ q̄uo inter ſeſe habeāt habitus hi: iā diximus.

Q ¶ Sanabilior aūt incōtinētiaꝝ ſȝ quā melici incōtinēter agūt ꝯſiliantiū nō imanētiū aūt. Et ꝑ ꝯſuetudinē incōtinētes nālib⁹: facili⁹ eniȝ ꝯſuetudinē trāſmutare nā: ꝓpter hoc eniȝ ꝯſuetudo difficilis: qm̄ nāe aſſimilaᷓ: quēadmodū ⁊ Enni⁹ dicᷓ aio diuturnā meditationē imanere: amice ⁊ vtiqȝ oȝ hāc hoib⁹ finiētē nāȝ eē. Quid qdē igiᷓ ꝯtinētia ⁊ qd icōtinētia ⁊ ꝑſeuerantia ⁊ mollities: ⁊ qualr̄ hn̄t hitus hi ad inuicē dictū eſt.

¶ Hec eſt 2ª ꝑticula ſcd̄e ꝑtis ꝑncipalis: in qua ph̄s cōpaᷓ incōtinētes ad inuicē ſm dr̄iaȝ: ⁊ ꝑmo cōpat incōtinenteȝ ꝑeuolātē ⁊ icōtinētē debilē ad inicē ſȝ dr̄iaȝ: ⁊ eſt dr̄ia in hoc ꝙ icōtinētes incōtinētia quā hn̄t melici. i. icōtinentes ꝑuolātes ſūt ſanabiliores q̄ꝫ incōtinētes debiles ꝯſiliātes ⁊ nō imanētes his q̄ ꝯſiliata ſunt: ⁊ hec fuit vna ꝯclo hui⁹

libri

A libri ſupius in 4° ca° poſita ⁊ ꝓbata vel expoſitēs.⁊ rō hu⁄
ius ɔcloñis eſt:qꝛ illi ꝗ hñt ɔſiliū magis pñt vitare malū
ꝙ̃ illi ꝗ nō habent ɔſiliū:cū igr̃ nō vitent malū ſed ope⁄
rent̃ malū:ſeqt̃ ꝙ illi hñtes ɔſiliū ſunt magis mali ⁊ min⁹
ſanabiles.Alij aūt ꝓuolātes nō hñtes ɔſiliū habito cōſilio
magis ⁊ facilius pñt ſanari.[ Et ꝑ ɔſuetudinē. ]Comparat
incōtinētes alio mō differentes ſm diūꝫ adinuicē itēdēs
32ª ɔclo ħui⁹.7.li. ꝙ incōtinēs per ɔſuetudinē ſunt ſanabiliores ꝙ̃ incōtinē⁄
tes ꝑ nām:⁊ hec ē ɔclō 32ª que ꝓbat̃ ſic.Incōtinētes ꝑ cō⁄
ſuetudinē ſunt ſanabiliores ꝑ mutationē ſeu variationem
ɔſuetudinis:aut illius ad qḋ ɔſuetudo inclinat:⁊ incōtinē⁄
tes ꝑ nām:ſeu ꝑꝑ inclinationē nālis cōplonis nō ſunt ſa
nabiles niſi ꝑ imutationē nāe:vel inclinationis nāe:ſꝫ dif⁄
ficilius eſt imutare nām ꝙ̃ ɔſuetudinē:qꝛ cōſuetudo non
eſt difficilis ad imutādū:niſi qꝛ aſſimilat̃ nāe:⁊ vnūqḋqꝫ
B ꝑꝑ qḋ ⁊ illud magis:igit̃ incōtinētes ꝑ nāꝫ ſunt magis de
difficili ſanabiles ꝙ̃ incontinētes ꝑ ɔſuetudinē:⁊ per ɔñs
incōtinētes ꝑ ɔſuetudinē ſunt ſanabiliores ꝙ̃ incōtinētes
ꝑ nām:vñ ɔſuetudo imitat̃ nāꝫ:ſicut dixit Ennius poeta.
Amice dico diuturnā meditationē imanere:⁊ hanc finien⁄
tē.i.ad finē ꝑueniētē oīb⁹ eē nām.Quid igit̃ ɔtinētia ⁊ ꝗd
incōtinētia:⁊ perſeuerantia:⁊ mollities:⁊ qualiter hi habi
tus ſe habent adinuicem dictum eſt.

Scds tr. **Tractatus** ſcḋs 7ⁱ libri de mā ɔtinētie ⁊ incōtinen
tie.ſ.de delectatiōe ⁊ triſtitia: ɔtinēs ꝗ⁄
tuor capl'a.Caplm ꝑ^m ɔtinet opiniones ⁊ rōnes opinionū
de delectatiōe ⁊ triſtitia in gñali.In 2° caplo ibi.[ Qm̄ au⁄
tē nō accidit. ]ſoluunt̃ rōnes ꝗ falſum ɔcludūt in ꝑ° caplo
poſite.In 3° ca° ibi.[ Sed qm̄ ⁊ triſtitia. ] oñdit̃ ꝙ delecta
tio eſt bona:⁊ ꝑſuadet̃ ꝙ delectatio nō ſolū eſt bona: ſꝫ ꝙ
C eſt optima.In 4.° ca° ibi.[ De corꝑalib⁹ aūt. ] determinat
ſpāliter de delectationibus ⁊ triſtitijs corporalibus.

**Capitulum primū** in quo oñdit̃ ꝙ ad pħm
moralē ꝑtinet ɔſiderare
de delectatione ⁊ triſtitia:⁊ ponunt̃ opiniōes ⁊ rōnes opi⁄
nionū de delectatione ⁊ triſtitia in generali.

❡ Ad ipſuꝫ aūt ciuilē philoſophū ꝑtinet de voluptate
cōtēplari atqꝫ dolore. Hic.n.architectus eſt finis:ad
quē reſpiciētes:vnūqḋqꝫ aut malū aut bonuꝫ ſimpl'r
dicimus.Inſuꝑ ⁊ neceſſariuꝫ eſt de ipſis ɔſiderare:⁊
v̄tutē.n.moꝝ ⁊ vitiū circa dolores voluptateſqꝫ po⁄
ſuimus:⁊ felicitatē plurimi cū voluptate aſſerūt eſſe.

Caput ꝑ^m 2.tra.li.7. ethi. ꝑ^a ꝑs.ca. D

De delectatione aūt ⁊ triſtitia ſpe⁄
culari eſt⁹ ꝗ politicā philoſophat̃.
Iſte eni finis architecton ad queꝫ
reſpiciētes vnūqḋqꝫ ꝗdē malum:
hoc aūt bonuꝫ ſimpliciter dicim⁹.

❡ Adhuc aūt neceſſarioꝝ itēdere de ipſis:vir⁄
tuteꝫ eniꝫ ⁊ maliciam moralē circa triſtitias ⁊
delectationes poſuimus. ❡ Et felicitateꝫ plu⁄
res cum delectatione eſſe aiunt:ꝓpter qḋ ⁊ bea
tum denominauerūt a gaudere.

Primū c. 2 trac.ui° in tres ꝑ⁄tes ꝑu. **Iſtud eſt** ꝑ^m cap^m 2ⁱ tractat⁹:in quo ponunt̃ opinio⁄
nes de delectatione ⁊ triſtitia in gñali ⁊ rō⁄
nes opinionū:⁊ ɔtinet tres ꝑtes ꝑncipales.In ꝑ° ꝓponit i⁄
tētionē ſuā ⁊ eā ꝓbat.In 2° ibi.[ His ꝗdē igit̃. ]Ponit opi
niones circa delectationes in gñali.In 3° ꝑte ibi.[ Totał'r
ꝗdē igit̃. ]diſputat inducēs opinionū rōnes. In ꝑ° igr̃ ꝑte
ꝓponēdo ſuā intētionē dicit:ꝙ ɔſiderare de delectatione
⁊ triſtitia ꝑtinet ad eū ꝗ ꝓbat̃ circa ſciam politicā: ad quā
tota ſcia moralis ordinat̃ ſicut ad ſciam moraleꝫ maxime
ꝑncipalē:vñ ad ſciam moralē ꝑtinet ɔſiderare de delecta⁄
tione ⁊ triſtitia:ille.n.finis ꝓbat intētionē ſuā.ſ.ꝙ ad ſciaꝫ E
moralē ꝑtinet ɔſiderare de dlectatiōe ⁊ triſtitia.Et hec eſt
ɔclo.33.ꝗ ꝓbat̃ tripl'r.Pͥo ſic.De illo ꝑtinet ad ſciaꝫ ɔſi⁄ 33ª ɔclo ħui⁹.7.li.
derare:ad qḋ reſpiciēdo dr̃ aliqs bonus vel malus mora⁄
liter:ſed reſpiciendo ad delectationē dr̃ aliqs bon⁹ vł ma⁄
lus moral'r.igit̃ de delectatiōe ꝑtinet ad moralē pħm ɔſi⁄
derare:⁊ qꝛ ɔrioꝝ eadem eſt diſciplina: ſequit̃ ꝙ moralis
ſcia hꝫ ɔſiderare de triſtitia.Maior pꝫ de ſcijs qꝛ opꝫ in agi
bilib⁹ ɔſiderare de mēſura ꝑ reſpectū ad quam vnūqḋqꝫ
opus dr̃ bonū vel malū:hñ opatū ſꝫ artē vel nō hñ.⁊ mi⁄
nor pꝫ. Nā ſicut finis architectonice artis eſt ille ad quem
hoīes reſpiciūt tāꝙ̃ ad quādā mēſurā oīuꝫ ꝗ ſub illa arte
ɔtinent̃:ita ſe hꝫ dlectatio in his ꝗ ꝑtinēt ad ſciaꝫ moralē:
reſpiciēdo.n.ad delectationē dicim⁹ aliquē eſſe bonū vel
malū moral'r:ꝗ eni in bonis opib⁹ delectat̃ dr̃ bon⁹:⁊ ꝗ in
malis delectat̃ dr̃ malus moral'r:⁊ de his ꝗ fiūt ex delecta F
tione iudiciū obſeruat̃. Iudicam⁹ eniꝫ illḋ eē malū qḋ ex
mala delectatione ꝓcedit:⁊ illud iudicam⁹ eē bonū qḋ ex
bona delectatione ꝓcedit.[ Adhuc aūt. ]ꝓbat̃ cadē ɔſic.
Ad moralē pħm ꝑtinet ɔſiderare de v̄tutib⁹ moralib⁹ ⁊
vitijs eis oppoſitis:ſꝫ ꝗ hꝫ ɔſiderare habitū hꝫ ɔſiderare
oba ſeu māꝫ habitus:circa ꝗ eſt:ſed virt⁹ ⁊ malitia ei op⁄
poſita ſunt circa delectationes ⁊ triſtitias:vt oñſum eſt ſu
ꝑius.igr̃ ad moralē pħm ꝑtinet ɔſiderare de delectatione
⁊ triſtitia:hec rō ꝓbat ꝙ neceſſe eſt moralē pħm ɔſidera⁄
re de his:⁊ de hꝰ dicit text⁹.[ Adhuc ⁊ neceſſariū intēdere de
his. ]qꝛ ſine cognitiōe hoꝝ nō pñt cognoſci v̄tutes mora⁄
les ⁊ malitie oppoſite.[ Et felicitateꝫ. ] Tertio ꝓbat̃ ɔclo
ſic.Qui hꝫ ɔſiderare de felicitate hꝫ ɔſiderare de delecta
tiōe:⁊ ꝑ ɔñs de triſtitia oppoſita: ſed ad pħm moralē ꝑti⁄
net ɔſiderare de felicitate tanꝙ̃ de fine vltimo oīuꝫ opa⁄
toꝝ.ꝗ ⁊c.Minor eſt manifeſta.⁊ maior pꝫ: nā pl'es ponūt G
felicitatē eē cū delectatiōe:de quoꝝ numero eſt ipſe Ariſt.
vñ apud grecos beat⁹ noīat̃ a gaudendo:igi ad moralē
pħm ꝑtinet ɔſiderare de delectatione.❡ Sed hic eſt du⁄
biū:qꝛ ꝑ hoc ꝙ ad politicā vel ad ſciaꝫ moralē ſpectat ɔſi Dubium.
derare de delectatiōe nō apparet ꝙ ad iſtā ſciam: ꝗ ethi⁄
ca dr̃:ꝑtinet ɔſiderare de delectatiōe.❡ Dōm ꝙ hic ꝓba
bat̃:ꝙ ad politicā:vel ad ſciam ſubueniētē politice perti⁄ Solutio.
net ɔſiderare de delectatiōe:⁊ hꝰ ꝓbāt rōnes hic inducte.
Uel pōt dici ꝙ phs ꝓbat directe hic:ꝙ ad hāc ſciaꝫ ꝗ ethi
ca dr̃ ꝑtinet ɔſiderare de delectatiōe ⁊ triſtitia:qꝛ hec ſcia
ɔſiderat de v̄tutibus moralibus ⁊ vitijs eis oppoſitis.

❡ Quibuſdā igit̃ nulla voluptas aut ꝑ ſe aut ꝑ accñs
bonū eſſe vr̃:nō eni idē bonū eſſe putāt ac voluptatē.
Quibuſdā nōnulle ꝗdē bone:plereqꝫ aūt praue eſſe
vñr.Sunt ⁊ ꝗ tertio cenſent:⁊ ſi oēs ſunt bone:ſūmuꝫ
tamen bonū voluptatem eſſe nō poſſe.

❡ His ꝗdē igit̃ vr̃:neqꝫ vna delectatio eſſe bo⁄ 2ª ꝑs ca pituli. D
nū pꝫ ſꝫ ſeipſaꝫ:neqꝫ ſm accidēs:nō enim eſſe
idē bonū ⁊ delectationē:his aūt ꝗdē ꝗdaꝫ eſſe
bone:multe aūt praue. Adhuc hoꝝ tertiū:ſꝫ ⁊
oēs bonū:tñ nō ɔuenit eē optimā dlectationē.

❡ Hec ē 2ª ꝑs h⁹ capl'i:in ꝗ ponit̃ opiones circa delecta^{nes}
⁊ triſtitias:ꝗ ſūt tres opiones:ꝗdā aūt dixerūt ꝙ nulla de⁄
lectatio ē bona neqꝫ ꝑ ſe neqꝫ ꝑ accñs:⁊ ſi ɔtingat ꝙ aliqḋ
dlectabile ē bo^m:nō tñ illḋ qḋ i eo ē bo^m:ē dlectatio. Scḋa
opio ē:ꝙ dlectatiōes ꝗdā ſūt bone: mlte tñ ſūt praue: ⁊ ita
nō oīs dlectatio ē bona.Tertia opio ē ꝗ pōit:ꝙ ⁊ ſi oīs d⁄
lectatio ſit bo^a:nll'a dlectatio ē optia:vñ iſta opio ponit ꝙ
nulla dlectatio ē optia:nec ꝑ ɔñs optim⁹ finis opabiliū.

❡ Nō bonū igit̃ oīno eſſe putat̃:qꝛ oīs voluptas gnō
eſt ſenſibilis ad nām.Generatio ꝟo nulla genus idem

I. ſubit qḋ fines. Nulla eniꝫ edificatio domus eſt. Preterea vir temperãs fugit ipſas voluptates. Preterea prudẽs pſequiť vacuitatẽ doloris: nõ id qḋ afficit voluptate. Preterea voluptates impedimento prudẽtie ſũt: atqꝫ quo magis hiſce qſpiã gaudet: eo magis impediť: vt in venerea ſit voluptate. Nemo nãqꝫ dũ eſt in illa mẽte qcq̃ ꝑſpicere põt. Preterea ars nulla eſt voluptatis: ⁊ tamen oẽ bonũ artis eſt opus. Inſuper ⁊ pueri ⁊ fere ipſas voluptates ſequuntur.

3ª ps ca. ¶ Totaliť gdẽ igiť nõ bonuꝫ: qm̃ ois delectatio gnãtio eſt in nãm ſenſibilis: neqꝫ vna aũt gnãtio cognata finib⁹: puta neqꝫ vna edificatio domus. ¶ Adhuc tẽperatus fugit delectationes. ¶ Adhuc prudẽs nõ triſte pſeqť: nõ delectabile.
K ¶ Adhuc ipedimẽtũ ei qḋ eſt prudẽtẽ eſſe: delectatiões: ⁊ quãto magis gaudet magis: puta eã que venereoꝝ. Nullũ eniꝫ vtiqꝫ poſſe intelligere aliqd in ipſa. ¶ Adhuc ars neqꝫ vna delectationis: quãuis eſſe bonum artis opus. ¶ Adhuc pueri ⁊ beſtie pſequũť dlectatiões.

¶ Hec eſt 3ª pars hui⁹ capli: in qua Phs diſputat inducẽs dictaꝝ opionũ rõnes ⁊ ꝯtinet tres ꝑticulas. In pͥma ponit rõnes pͥme opionis. In 2ª ibi [Dui⁹ aũt non oẽs.] inducit rõnes ad ſcḋaꝫ opionẽ. In 3ª ibi [Adhuc aũt nõ optimũ.] inducit rõnes ad tertiã opionẽ. In pͥª igiť ꝑticula iducit .6. rõnes p pͥma opione q̃ ponit ꝙ nulla delectatio eſt bona. Pͥª rõ eſt hec. Nulla gnãtio ſenſibilis i nãꝫ eſt bona. ois de-
L lectatio eſt gnõ ſenſibilis in nãm. igiť nulla delectatio eſt bona. Maior pꝫ: qꝛ nulla gnõ eſt finis: ſꝫ via ad finẽ: ſicut edificatio q̃ eſt gnõ dom⁹ nõ eſt dom⁹ ſꝫ via ad domuꝫ: ⁊ bonũ ⁊ finis ſꝫ illos eſt idẽ: ⁊ iõ cũ nulla gnõ ſit finis: ſeqť ſm eos ꝙ nulla gnõ eſt bo᷑. ⁊ minor pꝫ ꝑ diffõnẽ delectationis quã ipſi delectationi attribuebãt. Dixerũt eni ꝙ ſolũ tunc eſt delectatio qñ aliqḋ ſenſibiliť aggenerať noſtre nãe qḋ nobis cõnãle: ſicut pꝫ in ſumptiõe cibi. [Adhuc tẽperat⁹.] 2ª pbať eadẽ opio ſic. Illḋ qḋ vĩtuoſus laudabiliť fugit eſt bo᷑: ſꝫ oẽm delectationẽ vĩtuoſus laudabiliť fugit. g̃ nulla delectatio eſt bona. Maior de ſe pꝫ. ⁊ minor apparet. nã tẽꝑatus laudať ex hoc ꝙ fugit delectatiões. [Adhuc prudẽs.] 3ª pbať ſic. Illud qḋ prudẽs nõ pſeqť .i. ꝙ prudẽs nõ querit nõ eſt bonũ: ſꝫ prudẽs ſeqť ⁊ querit nõ triſte ⁊ ſupple: nõ querit ⁊ nõ pſeqť delectabile ſꝫ fugit illḋ. igiť nulla dlectatio eſt bona. Et dicit Lincoñ. ꝙ cũ dĩ prudẽs pſeqť nõ triſte: hoc totũ nõ triſte eſt vnũ nomẽ infinitũ: pru-
M dens eniꝫ nec pſeqť triſte nec delectabile. [Adhuc ipedimẽtũ.] 4ª rõ eſt iſta. Nulliũ bo᷑ ẽ ipedimẽtũ prudẽtie aut ipedit aliquã prudẽtiã eſſe: ſꝫ delectationes ipediũt prudẽtiã ⁊ tanto magis quãto ſiũt maiores: ſicut pꝫ de delectatione venereoꝝ q̃ eſt maxĩa. Illa eni delectatio intãtũ impedit rõnẽ. ꝙ nullus in illa delectatione actuali põt aliqḋ actu itelligere: ſꝫ tota itẽtio aĩe trahiť ad delectationẽ. Ex quo igiť quãto delectatio eſt maior tãto magis ipedit prudẽtiã: ſeqť ꝙ delectatio ꝑ ſe ipedit prudẽtiã: ⁊ per ꝯñs ois delectatio ipedit prudẽtiã: ⁊ ꝑ ꝯñs nulla delectatio eſt bona. [Adhuc ars.] 5ª rõ eſt iſta. Nihil qḋ nõ eſt op⁹ alicui⁹ artis eſt bo᷑: ſꝫ nulla delectatio eſt opus alicui⁹ artis. g̃ ⁊c. Maior pꝫ: qꝛ oẽ bonũ humanũ ex rõne vĩ eſſe bonũ: ⁊ ita oẽ bonũ humanũ vĩ eſſe opus alicui⁹ artis. ⁊ minor pꝫ: qꝛ nulla eſt ars ad delectandũ. [Adhuc pueri ⁊ beſtie.] 6ª rõ eſt iſta. Nihil qḋ queriť a pueris ⁊ beſtijs eſt bo᷑: qꝛ qḋ in hoie eſt puerile ⁊ beſtiale vituꝑať: ſed pueri ⁊ beſtie pſequunť ⁊ querunt delectationes. igitur videtur ꝙ nulla delectatio eſt bona. N

¶ Nõ eſſe aũt oẽs ſtudioſas exiſtimať: qꝛ ſunt ⁊ turpes atqꝫ infames: ⁊ qꝛ afferunt detrimentum. Eoꝝ .n. que voluptatem efficiunt nõnulla pariunt morbos.

¶ Huiuſmodi aũt nõ omnes ſtudioſas: qm̃ ſũt ⁊ turpes ⁊ probroſe ⁊ qm̃ nocive: egritudinalis enim quedaꝫ delectabilium.

¶ Hec eſt 2ª ꝑticula tertie ꝑtis: in qua arguit ad ſcḋaꝫ opionẽ pbãdo ꝙ nõ ois delectatio eſt bona ⁊ pbatur dupliť. pͥ ꝑ hoc ꝙ q̃dã ſunt delectatiões turpes ⁊ pbroſe .i. ifames: ⁊ ꝑ ꝯñs tales delectatiões nõ ſunt bone ⁊ qꝛ iqꝫ nocive. 2ª pbať idẽ ſic. Quedã delectationes ſunt nocive inducẽtes egritudines: ⁊ per ꝯñs tales delectationes nõ ſunt bone: ⁊ per ꝯñs non omnis delectatio eſt bona. O

¶ Ex eo võ voluptas ſũmũ bonũ nõ eſſe putať: qꝛ nõ eſt finis ſꝫ gnõ. Hec igiť fere ſũt q̃ de voluptate dĩr.

¶ Adhuc aũt nõ optimũ dlectatio: qm̃ nõ finis: ſed gnõ: quecgdẽ igitur dicunť hec ſunt.

¶ Hec eſt 3ª ꝑticula 3ª ꝑtis: in qua arguit ad tertiã opionẽ: que ponit ꝙ nulla delectatio eſt optima: q̃uis oẽs delectationes ſint bone. pbať vnico medio ſic: qḋ nõ eſt finis nõ eſt optimũ: ſꝫ nulla delectatio eſt finis. igiť nulla delectatio eſt optimũ. Maior pꝫ de ſe. ⁊ minor pbať ſꝫ dicta dicentiũ ꝙ ois delectatio eſt gnãtio ſenſibilis in nãm: ⁊ nulla generatio eſt finis ſed via ad finem. Que igiť dicuntur ab aliqͦ de delectatione dictum eſt.

## Capitulũ ſecundũ

in quo oſtẽdiť ꝙ nõ accidit ex pdictis delectationẽ nõ eſſe bonã neqꝫ optimã ponẽdo q̃ſdã diſtinctiones. Pͥa eſt talis. ſ. ꝙ aliqd eſt tale ſimpliť ⁊ aliqd eſt tale alicui ⁊ nõ ſimpliť: ⁊ hec diſtictio cõpetit bono ⁊ fini habitui nãe motui: gnõni eligibili ⁊ delectatiõi. Scḋa diſtictio eſt ꝙ aliqd dĩ eẽ bonũ ſꝫ actũ: ⁊ aliqd ſꝫ habitũ: ⁊ hec diſtictio cõpetit delectatiõi: actus ſeu opõ quedã eſt ꝯſtitutiua habitus ⁊ q̃dã eſt ab habitu in eẽ ꝯſtituto. Alia diſtictio de delectatiõe eſt ꝙ q̃dã eſt pura ſine admiſtiõe triſtitie ⁊ quedã eſt miſta cũ triſtitia ⁊c. Et ꝑ iſtas diſtõnes ⁊ h⁹ ſoluũť rõnes que circa delectationẽ faciunt dubitare.

¶ Nõ effici ob ea q̃ dicta ſũt vt voluptas bonũ nõ ſit: nec id qḋ eſt optimuꝫ: ex hiſce ſane cõſtabit. Primum nãqꝫ cũ bonũ ſit duplex: eſt eniꝫ aliud abſolute: aliud alicui bonũ: ⁊ nãe ipſe ⁊ habit⁹ hec ſequenť: q̃re ſequẽtur ⁊ mot⁹ ⁊ gnãtiones. Atqꝫ eaꝝ q̃ praue videnť eẽ: q̃dã ſunt ſimpliť praue alicui võ nõ ſunt: ſed expetibiles huic: q̃dã nec huic: ſed nõñq̃ ⁊ tẽpore ꝑuo: expetibiles võ nõ ſunt: q̃dã neqꝫ voluptates ſunt: ſꝫ vĩr: q̃ ſunt dolore ⁊ medicaminis gr̃a: quales ſũt egrotãtiũ. P
Preterea cũ bonoꝝ aliud ſit opatio aliud habit⁹ operationes q̃ nãlẽ ꝯſtituũt habitũ: ꝑ accñs afficiũt voluptate. Eſt igiť opatio in cupiditatib⁹ idigẽtis habit⁹ atqꝫ nãe. Nã ⁊ ſine dolore cupiditateqꝫ ſunt voluptates: vt opões cõtẽplãdi: nõ deficiẽte nã. Signũ autẽ eſt ꝙ nõ eiſdẽ gaudẽt hoies: cũ repleť ⁊ cũ eſt cõſtituta nã. Sꝫ cũ eſt ꝯſtituta his q̃ ſimpliť afficiũt voluptate: cũ repleť ⁊ ꝯtrarijs: nã ⁊ acrib⁹ gaudent ⁊ amaris: quoꝝ nihil ꝯtrãs aut nã aut ſimpliť afficit voluptate: q̃re nec voluptates. Nã vt ea q̃ voluptatẽ afficiũt inter ſeſe diſtãt: ſic ⁊ voluptates ee q̃ ab illis ꝓueniũt.

Quoniam

B Capitu 2m tra. 2. 7. li. ethi. p° pe ca.

Q Voniā aūt nō accidit pp̄ hoc non eſſe bonū nec optimū ex his manifeſtū. ¶ Primū q̄dē qm̄ bonū dupl'r: hoc q̄dē enim ſimpl'r: hoc aūt alicui ⁊ nā ⁊ habit⁹ cōſequenter: quare ⁊ motiones ⁊ generationes ⁊ praue eſſe in ſe: he q̄dē enim ſimpl'r praue: alicui aūt nō: ſed eligibiles huic. q̄dā aūt neq₃ huic: ſed aliqñ ⁊ ſm̄ paucū tēpus: eligibiles aūt nō: he aūt neq₃ delectationes: ſ₃ videnť quecūq₃ cū triſtitia ⁊ medicine grā: puta que laborantiū. ¶ Adhuc q₂ boni: h̄ q̄dē operatio: hic q̄dē habitus eſt: ſm̄ accidēs ɔſtituentes

D in nālē habitū delectabiles ſunt. Eſt aūt opō in ɔcupiſcētijs indigētis ⁊ imp̄fecti habit⁹ ⁊ nāe q₂ ſine triſtitia ⁊ ɔcupia ſunt delectationes: puta ei⁹ qd̓ eſt ſpeculari opōnes: nā nō indigente. ¶ Signū aūt qm̄ nō eodē delectabili gaudent: ſm̄ ꝙ repleť nā ⁊ ɔſtituta. S₃ ɔſtituta q̄dē ſimpl'r delectabilib⁹: repleta aūt ⁊ ɔ̄rijs: etenī₃ acutis ⁊ amaris gaudēt: quoꝝ nihil neq₃ nā delectabile: neq₃ ſimpl'r delectabile: q̄re neq₃ delectationes: vt enī₃ delectabilia ad inuicem ɔſtituta ſunt: ſic ⁊ delectatiōes ab his.

Sc̄dl. ca. 2 trac. di° in duas p̄tes pn. C

Iſtud eſt 2m capl'm ſc̄di tractat⁹: in quo p̄hs intendit ſoluere aliq̄s rōnes opinionū p̄dictarū. ſ. illas q̄ falſum ɔcludūt: ⁊ ɔtinet iſtud capl'3 duas ptes p̄ncipales. In p̄ª ɔponit itētionē ſuā: ⁊ ponit q̄ſdā diſtōnes neciās ad ppo^m. In 2ª ibi[ Adhuc nō ē necīu. ]ſoluit aliq̄s rōnes ſupius iductas p dictas diſtinctiones. In p̄ª igiť pte dicit: ꝙ ex ſeq̄ntib⁹ erit manifeſtū: ꝙ pp̄ dictas rōnes nec ſeqť ꝙ nulla delectatio ſit bona: nec ꝙ nulla delectatio ſit optia. Mediā aūt opionē q̄ ponit ꝙ aliq̄ delectatio eſt bona: ſed nō ois delectatio eſt bona: ptermittit: q₂ illa opinio eſt vera: ſed alias duas opiones tāgit: q₂ hn̄t rōnes ɔſiles ⁊ ſil' ſoluunť. [ Primū q̄dē. ] Propoſita itētiōe ponit duas diſtōnes p̄ncipales. p̄ma eſt ꝙ bonū dī dupl'r. vno mō illd̓ qd̓ eſt bonū ſimpl'r. Alio mō illd̓ qd̓ eſt bonū alicui ⁊ non ſimpl'r bonū: ⁊ q₂ bonū eſt finis in quē oia tēdūt: iō ſicͭ bonū dī dupl'r: ita ɔſequēter ⁊ nā ⁊ hitus que ordinanť in bo^m dicunť dupl'r. Quidā. n. habit⁹ ordinanť in bonū ſimpl'r: ⁊ iſti dn̄r ſimpl'r boni hit⁹: ⁊ q̄dā hit⁹ nō ordianť in bo^m ſim-

D pl'r ſ₃ in bonū alicui: ⁊ iſti dn̄t boni hitus nō ſimpl'r ſed alicui. Et eodē mō eſt de naturis: qm̄ q̄dā eſt nā: q̄ ſimpl'r eſt bona nā: ⁊ q̄dā eſt bona alicui. ⁊ q₂ ex naturis ⁊ hitib⁹ p̄cedūt motiones ⁊ gnōnes: op₃ ēt ꝙ circa eas ɔ̄ṫer ſe hēat. ſ. ꝙ q̄dā ſimpl'r ſint bone ⁊ q̄dā bone alicui. hec igiť diſtō. ſ. in ſimpl'r ⁊ alicui ɔuenit finib⁹: q₂ q̄dā finis eſt ſimpl'r bonus ⁊ q̄dā alicui. Et cōpetit habitib⁹: naturis: ⁊ motibus: ⁊ gnōnib⁹: ⁊ q₂ delectatio exiſtimať eē gnō: eadē diſtinctio cōpetit delectationi. ſ. ꝙ q̄dā delectatio eſt ſimpl'r delectatio: ⁊ q̄dā nō eſt ſimpl'r delectatio ſ₃ ſolū alicui. Et eadem diſtinctio eſt de prauis delectatiōib⁹. Nā q̄dā ſunt praue ſimpl'r: ⁊ q̄dā nō ſunt praue ſimpl'r ſed eligibiles alicui vt ſciſſio carnis eſt praua alicui vt exiſtēti ſano: ⁊ infirmo indigēti ſciſſione nō eſt praua ſed eligibilis ⁊ delectabilis: ⁊ delectatio alicui q̄dā eſt eligibilis ſimpl'r alicui: vt illa que ſemp alicui eſt eligibilis: ⁊ q̄dā nō eſt eidē ſimpl'r eligibilis: ſ₃ per paucū tp̄s. vbi grā. egrotāti egritudie incurabili ſemp ⁊ ſimpl'r eſt eligibilis aliq̄ medicia ɔſeruatiua vite:

E ſed comedere nō eſt ſimpl'r eligibile ſ₃ aliqñ: vt qn̄ eſurit. Adhuc q̄dā ſunt delectatiōes q̄ apparēt delectatiōes ⁊ nō ſunt: vt ille q̄ ſunt cū triſtitia ⁊ dolore: vt ille q̄ aſſumuntur vt medicine egritudis ſeu doloris ⁊ hꝫ delectatiōes ſūt laborantiū. i. īfirmātiū. Sic igiť p₃ ex p̄miſſis ꝙ tres h̄ ponunť diſtōnes delectationis. p̄ª ꝙ q̄dā eſt delectatio ſimpl'r: ⁊ q̄dam eſt delectatio nō ſimpl'r ſ₃ alicui. Sc̄da eſt ꝙ delectationū alicui: q̄dā eſt q̄ ſemp eſt ſibi delectatio: ⁊ q̄dā q̄ qñq₃ eſt delectatio ⁊ qñq₃ nō. Tertia eſt ꝙ delectationū q̄dā eſt vera ⁊ q̄dā apparēs ⁊ nō vera: vt illa que eſt cū triſtitia. [ Adhuc q̄dē q₂ boni. ] 2ª diſtictio p̄ncipalis eſt de bono: ⁊ eſt ꝙ qd̓dā eſt bonū qd̓ ſe hꝫ p modū opōnis ſicut ɔſideratio: ⁊ qd̓dā eſt bonū qd̓ ſe hꝫ p modū hitus vt ſcīa: ⁊ ſicut bonū dī dupl'r. ſ. de hitu ⁊ de opōne: ita delectatio dī de delectatione ſ₃ habitū ⁊ de delectatione ſm̄

Tres diſ. delectationum.

F opōnē: ſ₃ q₂ opō q̄dā eſt p̄cedēs habitū aut nām: vt opōnes p quas p̄ducitť hitus nālis ſeu nā: ⁊ q̄dā eſt opō q̄ eſt ab habitu ⁊ a nā iā in eē ɔſtituta: ne credať ꝙ delectatio p ſe ſit in opōne ɔſtituēte habitū vel nām: declarat p̄hs ꝙ delectatio p ſe nō eſt in opōnib⁹ ɔſtitutiuis hit⁹ vel nāe: ſ₃ in opōnib⁹ que ſunt ab hitu vel nā iā in eſſe ɔſtitutis: ⁊ delectatio p accn̄s eſt in opōnib⁹ ɔſtituētib⁹ habitū aut nā₃. Ponit ḡ talē diſtinctionē delectationū ꝙ q̄dā eſt delectatio admiſta cū triſtitia: ⁊ q̄dam eſt delectatio ſine triſtitia. Delectatio q̄ eſt in ɔcupiſcētijs ⁊ opōnib⁹ hit⁹ aut nāe deficiētis ſūt cū triſtitia: h̄ eſt ille opōnes q̄ ſūt ɔſtitutiue ſeu p̄ductiue hitus vel nāe ſunt cū triſtitia: ſ₃ delectatio q̄ eſt in opōnib⁹ q̄ ſunt ab hitu ⁊ a nā iā ɔſtitutis in eē: ſunt ſine triſtitia: vt delectatio q̄ eſt in ſpeculatione. Iſta diſtōne poſita pn̄t h̄ poni due ɔclōnes. ſ. 34ª ⁊ 35ª. p̄ª eſt ꝙ delectatio in opōnib⁹ ɔſtituētib⁹ habitū ⁊ nām nō eſt delectatio per ſe ſ₃ p accn̄s: ⁊ hec eſt ɔclō 34ª que p̄bať dupl'r. Prio ſic.

34ª ɔclō hui⁹. 7. li.

G Illa delectatio q̄ eſt cū triſtitia nō eſt delectatio p ſe ſed p accn̄s: q₂ p ſe delectatio excludit oēm triſtitiā: ſ₃ delectatio in opōnib⁹ ɔſtituentib⁹ hitū aut nām eſt cū triſtitia ⁊ ɔcupiſcētia: nō enī₃ pōt eē abſq₃ triſtitia. ſ. ꝙ aliq̄s ɔcupiſcat p̄fectionē quā nō hꝫ. igiť talis delectatio nō eſt p ſe delectatio. Maior p₃ ⁊ minor pōt apparere ex h̄: ꝙ delectatio que eſt in comedēdo ⁊ bibēdo q̄ ſunt opōnes ɔſtituentes nām, eſt admiſta cū triſtitia. Nā quādiu aliq̄s delectatur in comedēdo hꝫ triſtitiā q̄ eſt eſurire: ⁊ quādiu aliq̄s delectať in bibēdo hꝫ triſtitiā q̄ eſt ex ſiti. [ Signū aūt. ] 2ª probať p qd̓dā ſignū: ⁊ eſt ꝙ nō ſunt eadē delectabilia idigētib⁹ ⁊ ɔſtitutis: hoc eſt nō idigētib⁹: vt p₃. nā eſurietib⁹ eſt cib⁹ delectabilis: ſed ſaturatis cibo ⁊ nō indigētib⁹ nō eſt cibus delectabilis: ⁊ h̄ eſt ſignū ꝙ delectatio q̄ eſt in opōnib⁹ ɔſtitutiuis habit⁹ aut nāe eſt ſm̄ accn̄s delectatio: q₂ nō eſt oib⁹ delectatio: ⁊ nō eſt delectatio niſi pp̄ defectū: ⁊ ex hoc pōt formari rō talis. Illd̓ qd̓ eſt p ſe ⁊ ſimpl'r de-

H lectabile ſemp ⁊ in oi ſtatu eſt eiſdē delectabile: ſ₃ opōnes ɔſtituētes habitū aut nām nō ſemp ⁊ in oi ſtatu ſunt eiſdē delectabiles: q₂ nō eadē ſunt delectabilia repletis ⁊ eſurietib⁹: vt viſū₃ eſt. igiť hꝫ opōnes nō ſunt p ſe delectabiles: ⁊ p ɔn̄s delectatiōes q̄ ſunt ſm̄ hꝫ opōnes nō ſunt delectabiles p ſe ſ₃ p accn̄s tm̄. Pōt ēt h̄ poni alia ɔclō. ſ. 35ª hui⁹ libri. ſ. ꝙ delectationes q̄ ſunt in opōnib⁹ que ſunt ab hitu ⁊ nā iā in eſſe ɔſtitutis ſūt delectatiōes p ſe: ⁊ hec ɔclō pōt p̄bari dupl'r. Prio ſic. Ille delectationes que ſunt ſine triſtitia ſūt delectationes per ſe ⁊ ſimpl'r: q₂ ſunt pure abſq₃ miſtione ɔ̄rij: ſed opōnes que ſunt ab habitu ⁊ nā ɔſtitutis in eſſe ſunt ſine triſtitia. igiť hꝫ delectationes ſunt delectationes per ſe. Maior p₃ de ſe. ⁊ minor appet: q₂ opōnes q̄ ſunt ab habitu ſunt abſq₃ indigētia nāe: q₂ p̄cedūt ex p̄fectione nāe. ſ. ex nā p̄fecta per habitū: ⁊ triſtitia non eſt niſi p̄pter aliquā idigentiā: iō operatiōes que ſunt ab habitu

35ª ɔclō hui⁹. 7. li.

I ſunt abſqȝ triſtitia. 2° ꝓbaꝛ hec ꝯ per ſignū: ⁊ hoc eſt hȝ. Illa que ſunt delectabilia ꝯſtitutis per nām nullo mō idigentib⁹ que ad ꝑfectionē nāe ptinent ſunt ſimplr̄ ⁊ per ſe delectabilia: hꝯ ſunt opōnes que ſūt ab habitu: iō opōnes que ſunt ab habitu ſunt ꝑ ſe delectabiles: ⁊ per ꝯñs delectationes que ſunt in operationib⁹ que ſunt ab habitu ſunt delectationes per ſe ⁊ ſimplr̄. Delectationes alie que non ſunt ab habitu ſunt delectationes ꝑ accidēs. vñ delectabilia ꝑfectione nō idigētib⁹ ſunt per ſe delectabilia. ⁊ delectabilia repletis. i. his q ſunt in repleri: q adhuc idigēt ſūt delectabilia ꝯria per ſe delectabilibus. Exēplū Euſtratij. ſicȝ eſt ꝯſtitutus. i. ſaturatus cibo ⁊ potu gaudet delectabilibus ſimplr̄: vt eo qd̄ eſt bibere vinū albū ⁊ comedere panē frumēti mūdū: ſed nā repleta. i. indigēte cibis: gaudet ⁊ ꝯtrarijs: qꝛ delectabilia ipſi ſunt tūc cibaria amara ⁊ acetoſuȝ vinū que non ſunt nā nec ſimplr̄ delectabilia: ⁊ ſicut

K delectabilia differūt: qm̄ quedā ſunt ſimplr̄ delectabilia: vt illa que delectabilia ꝯſtitutis. i. ſaturatis ⁊ nō indigentibus: ⁊ quedā ſunt delectabilia nō ſimplr̄ ſed aliquibus: vt repletis. i. indigētib⁹: ſic delectationes differūt: qm̄ quedaȝ ſunt delectationes ſimplr̄ ⁊ per ſe: ⁊ q̄dā ſunt delectatiōes

Notādū per accñs. ¶ Notādū eſt ꝙ ſm Lincoñ. ſuꝑ iſtā lr̄am. nō eodē delectabili gaudent repleta nā ⁊ cōſtituta: ꝙ ꝓhs ꝙ per repletionē itelligit gnōnē ⁊ viā ad cōplemētū indigentie: ⁊ ꝑ ꝯſtitutionē itelligit cōplementū idigētie ⁊ ꝑfectionē acq̄ſitā ex repletione: que repletio neceſſario eſt cuȝ indigentia. Ubi aūt nos ponimus [Repleta.] participium preteriti tēporis: grecus hȝ participiū ꝑſentis tēporis: quo nos caremus. hec Lincoñ. Et mihi vr̄ ꝙ verbū paſſiuum hȝ pticipiū ꝑteriti tēporis ⁊ ꝑſentis ſub eadē voce. vñ repletū eſt equocū: qꝛ vno mō ſignificat illud qd̄ eſt in reple-

L ri: ⁊ ſic eſt participiuȝ ꝑſentis tēporis: ⁊ alio mō ſignificat illud qd̄ eſt ꝑfectū per repletionē: ⁊ ſic pticipiū ꝑteriti tpīs. vñ v̄bū paſſiuū hȝ ſolū duo pticipia ſm vocē diſtincta: hȝ tñ tria pticipia ſȝ ſignificationē. Et ſılr̄ v̄bū actiuū nō hȝ pticipiū ꝑteriti tēporis diſtinctū ſȝ vocē a pticipio preſentis tēporis: tñ hȝ pticipiū preſentis tēporis ⁊ ꝑteriti ſub eadē voce: vt amās pōt eſſe pticipiū ꝑſentis tpīs: ⁊ ſic amās eſt idē qd̄ ille q amat: ⁊ pōt eſſe participiū ꝑteriti tēporis: ⁊ ſic idē eſt amās qd̄ ille q amauit. vñ greci hñt tria participia verbi actiui diſtincta ſȝ vocē: ⁊ tria pticipia v̄bi paſſiui diſtincta ſm vocē: vbi nos nō habemus niſi duo v̄bi actiui diſtincta ſm vocē ⁊ duo participia v̄bi paſſiui diſtincta ſȝ vocē: ⁊ hec vr̄ eſſe intentio Lincoñ. ſuper ꝑmo libro ethicoꝝ: vt viſum eſt ſuperius.

¶ Atqui nō neceſſe eſt aliq̄d aliud eſſe preſtabilius voluptate: vt q̄dā inquiunt gnātionis ipſius finē: nō enī

M gnātiones neqȝ cū gnātione ſunt oēs: ſed opōnes ⁊ finis: nec eueniūt dū ſiunt: ſed cū ſit vſus: nec oium eſt finis aliud q̄cq̄: ſȝ eaꝝ q̄ ducūt ad perfectionem nāe. Quaꝓꝑ ⁊ nō bñ ſeſe hȝ: voluptatē dicere gnātionem eſſe ſenſibilē: ſȝ dōm eſt potius opōnē eius habit⁹ eſſe q eſt ſȝ nām: ⁊ ꝓ hoc ſenſibilē: ſine ipedimēto. Uideꝛ aūt ex eo generatio q̄dā eē: q̄ eſt ꝓprie bonū. Opōnē enīȝ gnātionē eſſe exiſtimāt: eſt aūt diuerſuȝ.

2ª ps ca. ¶ Adhuc nō eſt neceſſariū alterū q̄d eſſe melius delectatione: quēadmodū q̄dā aiunt finē gnātionis: nō enīȝ gnātiones ſunt: neqȝ cū gnātiōe oēs: ſȝ opōnes ⁊ finis. ¶ Neqȝ factoꝝ accidūt ſed vtentiū: ⁊ finis nō oiuȝ alterū q̄d ſed iperfectionē ducentiū nāe. ꝑꝑ qd̄ ⁊ nō bñ hȝ ſenſibilē generationē dicere eſſe delectationeȝ: ſȝ magis dicēdū opōneȝ eı⁹ qui ſm nām habitus: pro eo aūt qd̄ eſt ſenſibilē nō ipeditā: videꝛ aūt gnātio q̄dā eſſe: qm̄ principalr̄ bonū: opōnē enīȝ gnātionē exiſtimant eſſe: eſt aūt poſterius. N

¶ Hec eſt 2ª pars ꝑncipalis hui⁹ capl̄i: in qua ꝓhs per iā dicta ſoluit aliquas rōnes ſuperius inductas: ⁊ ꝯtinet tres particulas. In ꝑma ſoluit rōnē inductā ad tertiā opionē: q̄ poſuit ꝙ nulla delectatio eſt optima. In 2ª ibi [Eſſe autē prauas.] ſoluit rōnē que poſſet induci ad ſcḋam opionē q̄ poſuit aliquas delectationes eſſe prauas. In 3ª ibi [Impedit aūt.] ſoluit rōnes inductas ꝓ ꝑma opione que poſuit ꝙ nulla delectatio eſt bona. In ꝑma igiꝛ particula dicit ꝙ nō eſt neceſſariū ꝑꝑ rōnē inductam ꝙ nulla delectatio ſit optima: nec valet rō per quā hoc ꝓbabaꝛ que fuit iſta. finis eſt melior his que ſūt ad finē. igiꝛ eſt melior oı̄ gnōne: qꝛ ois gnātio eſt ad finē: ſȝ ois delectatio eſt gnātio. igitur oı̄ delectatione eſt aliq̄d melius. ſ. finis delectationis. Iſta O rō ſoluiꝛ per interēptionē huius ꝓpōnis ois delectatio eſt gnātio aut cū gnātione: ſed ſole ille delectationes que ſūt cū triſtitia ⁊ ꝯcupiſcētia cōſtitutiue habituuȝ ſunt gnōnes vel cū gnātione ⁊ nō ois delectatio eſt cū triſtitia: qꝛ q̄daȝ delectationes ſunt opōnes vel cuȝ opōnibus que ſunt ab habitu in eſſe cōſtituto: ⁊ nihil ꝓhibet talē delectationem eſſe optimā cū habeat rōnē finis. vñ hꝯ delectatiōes non cōſiſtūt in fieri habituū: ſed in vſu eoꝝ iā exiſtētiū. Et per hoc pȝ ꝙ nō oiuȝ delectationū eſt alius finis ab ipſa delectatione: ſed ſolū illaꝝ delectationū eſt alius finis que ſequunꝛ opōnes inducētes ad ꝑfectionē nāe que ſunt cū triſtitia ⁊ cōcupiſcentia. vñ hec deſcriptio: delectatio eſt gnō in nām ſenſibilis: nō eſt deſcriptio vera: nec diffō delectationis: qꝛ nō cōpetit oı̄ delectationi: ſȝ ſolū delectationib⁹ P impꝑfectis. Ex his colligiꝛ vera diffō delectationis ꝑfecte que cōis eſt oı̄ delectationi perfecte: ⁊ eſt: ꝙ delectatio eſt opō habit⁹ cōnālis iaȝ exiſtis: ⁊ loco eius qd̄ poſuerūt ſenſibilē poniꝛ nō ipedita: ⁊ ſic ꝙ erit diffō delectationis ꝑfecte. Delectatio eſt opō hitus q eſt ſȝ nām nō ipeditam: qꝛ hitus q ꝯgruit nāe hñti ipedimētū opōnis cauſat difficultatē in opando q̄ delectationē ipedit. Quidā aūt dixerunt ꝙ delectatio eſt gnātio: qꝛ eſt opatio que ꝑncipalr̄ eſt bona: ⁊ idē eſt opō qd̄ gnō: vt ipſi exiſtimabāt: ſed nō eſt ita: qꝛ opō eſt poſterior gnōne: gnō enīȝ eſt via in nām: ſȝ opō eſt vſus forme vel habit⁹. Iſta lr̄a [Delectationes nō accidunt factoꝝ: ſed vtēnū.] debet intelligi ſm ꝙ ly factorū eſt pñtis tēporis: ⁊ eſt ſenſus delectationes ſupple perfecte nō accidūt factis ꝙ eſt reb⁹ vt ſunt in fieri: ſed accidūt vtētibus. hoc eſt reb⁹ iā in eē ꝯſtitutis: qm̄ vtunꝛ ſuis habitibus operādo per ſuos hitus. ¶ Notādū eſt ꝙ opō accipitur duplr̄. ſ. cōiter ⁊ ꝓprie. opatio cōiter dicta ſe extendit ad oēm actū ſm ꝓcedentē a forma vel hitu ſiue mediate ſiue imediate: ⁊ ſic accipiꝛ ꝙ cū dr̄ ꝙ dlectatio eſt opatio. Alio mō accipiꝛ ꝓprie. ſ. ꝓ actu 2° imediate ꝓcedēte ab actu ꝑmo. ſ. a forma vel hitu: ⁊ ſic accipiꝛ opō in. 10. huius. vbi dr̄ ꝙ delectatio nō eſt opatio ſed ſuperueniēs opōni. Delectatio enīȝ nō ꝓcedit imediate a forma vel habitu: ſed mediante ꝓpria opōne habitus vel forme.

Diffō de delectatiōis ꝑfecte.

Q Notādū Opō dr̄ accipitur.

¶ At v̄o ſi voluptates eſſe prauas ex eo cēſent: qꝛ nōnulle reꝝ aſſerētiū voluptatē morbos efficiūt: idē ⁊ in ſalubrib⁹ reb⁹ cenſebunt. Nōnulle nāqȝ obſunt pecuniarie rei. Hoc igiꝛ mō praue ſunt ambe: at nō ſunt ob idipſuȝ praue: nā obeſt iterdū ad ſanitatē ⁊ ꝯtēplatio.
¶ Eſſe aūt prauas: qm̄ egritudinalia q̄dā delectabilia idē: qm̄ ſana q̄dē praua ad pecuniā: hec

igitur

A igiť praua ambo:ſz nō praua ſm hoc:q₂ ⁊ ſpeculari aliquando nocet ad ſanitatem.

¶ Hec eſt 2ª pticula:in qua ſoluit rōnē que poſſet induci ad ſcōam opionē que ponit φ aliqua delectatio nō eſt bona:q₂ aliqua delectatio eſt nociua inducēs egritudinē:⁊ p ɔñs eſt praua. Iſtam rōnē ſoluit phs.o.φ nō ſequiť delectatio eſt nociua.igiť eſt praua:q₂ ſm iſtā rōnē ſanatiua: h eſt medicine inducētes ſanitatez eſſent praue:q₂ nocent euacuādo pecuniā:que circa eas expendiť.vñ ſm h.ſi iſta rō ɔcluderet,ambo.i.oēs delectatiōes ⁊ oia ſanatiua eēnt praua:inquātū ſunt euacuatiua pecunie:nō tñ ſunt praua ſm φ ſanitatē vel ſm φ delectabilia ſunt. Itez φ rō ſcā ɔñtia eoꝝ nō valet pz:q₂ per eandē rōnē poſſet pbari φ ſpeculatio veritatis eſſet praua:q₂ aliqñ nocet ſanitati. Si

B eniz aliqs egrotās ſpeculeť ⁊ coneť itelligē theologica excelſa ipediť magis ad ſanū eē ⁊ icrēdiť ipſi⁹ egritudo.pp qð medici iubēt egrotātes nō legē nec hō theolo^ca ſpeculari.

¶ Impedit aūt neqz prudētiā neqz habitū vllū voluptas ea q̃ ab vnoquoqz pdit:ſz aliene:nā ee voluptates q̃ a cōtēplatione emergūt ⁊ diſciplina:cōferūt potius ad ɔtēplādū atqz diſcēdū. Id preterea qð vī nullaz vllius artis opus voluptatē eē:cum rōne accidit. Nec.n.vlla alia opatio artis eſt:ſz potētie:ꝗꝗ ⁊ vnguētaria ars ⁊ cognaria voluptatis eſſe videnť. Temperantē aūt fugere voluptatē ⁊ prudētē ſeq vacuitatē doloris:pueros deniqz pſeq:beluaſqz afficientes res voluptate:eodē oia mō ſoluunť:nā cū voluptatuz vt dictū eſt:alie ſint abſolute bone:alie non bone:tales voluptates tam pueri ꝗꝫ belue pſequunť:⁊ haꝝ indo

C lentiā prudēs:quas cupiditas comitať ⁊ dolor:queqz corpis ſunt. He nāqz tales ſūt:⁊ haꝝ exuperationes: qbus intēperans intemperans eſt. Quapp has tēperans fugit:nam ſunt voluptates ⁊ tēperantis.

¶ Impedit autez neqz prudentie:neqz habitui neqz vni q̃ ab vnoquoqz eſt dlectatio:ſz aliene: q₂ que ad ſpeculari ⁊ diſcere magis faciūt ſpeculari ⁊ diſcere. ¶ Artis aūt nō eſſe opus neqz vnā delectationē rōnabilr accidit neqz eniz alterius opōnis:neqz vnius artis eſt:ſed potentie. ¶ Quāuis ⁊ pigmentaria ars ⁊ pulmentaria videť delectationis eſſe:tēperatum aūt fugere:

D delectationes ⁊ prudētē pſeq nō triſtē vitam: ⁊ pueros ⁊ beſtias pſequi:eodez ſoluunť oia:q₂ ⁊ dictū eſt qualr bone ſimplr ⁊ qualr nō bone oēs delectationes: ⁊ tales ⁊ pueri ⁊ beſtie pſequunť: ⁊ haꝝ nō ɔtriſtationez prudēs,eas q̃ cū ɔcupia ⁊ triſtitia ⁊ corpales. Tales enim he ⁊ haꝝ ſupabūdantias fugit ſz quas intēperatus: intēperatus eſt. Propter qð temperatus fugit has:q₂ ſunt delectationes intēperati.

¶ Hec eſt 3ª pticula:in qua ſoluit rōnes iductas p pª opione q̃ poſuit φ nulla dlectatio eſt bona.pª itaqz rōnū eſt iā ſoluta.⁊ h ſoluit p rōnē q̄rtā q̃ fuit φ aliquae delectationes ſūt ipeditiue prudētie. Ad iſtud rndet φ delectatio ppria vniuſcuiuſqz nō ipedit opōnē.vñ ppria delectatio prudētie q̃ eſt ſz opōnē prudētie:nō ipedit prudētiā nec opōnē prudētie:ſz delectatiōes aliene vt delectatiōes ſenſuales: vt delectationes guſtus ⁊ tact⁹ ipediūt opōnē prudētie:⁊

delectatiōes pprie coadiuuāt ad vnūqðqz. Delectatio.n. ſm quā aliqs delectať in ſpeculādo ⁊ diſcēdo facit hoīem E magis ſpeculari ⁊ diſcere. vñ quāuis aliq̃ delectatio ſit alicui mala:ex h nō ſeqť φ oīs delectatio ſit mala ⁊ nulla bona. Artis aūt nō eē. Soluit qntā rōnē p pª opione. 5ª rō fuit iſta. Delectatio nō eſt artis.nulla.n.ars docet delectari.igiť nulla delectatio eſt bona. Rndet duplr.pmo φ h rōnabilr accidit φ nulla delectatio ſit opus artis:q₂ delectatio q̃ vere ⁊ pprie eſt delectatio ɔſeqť opōnez q̃ eſt ab hītu ⁊ nō ɔſequiť gnōnez. vñ ars eſt factiua gnōnis:q₂ eſt recta rō factibiliū:vt dictū eſt in 6º hui⁹. Ars aūt nō eſt factiua opōnis:ſz hīt⁹ vel po⁹ alicui⁹ a q̃ pcedit opō:vñ hec eſt ſolo:φ ars nō eſt cuiuſlz boni:iō nō ſeqť:delectatio nō eſt artis,igiť nō eſt bona. Quāuis ⁊ pigmētaria. Alia ſolutio eſt p itereptionē hui⁹:delectatiōis nō eſt ars. Nā pigmētaria ars ⁊ pulmētaria vñr ordiari ad delectationē:⁊ F q₂ ars eſt ipſi⁹ delectatiōis:iō delectatio eſt bona. Tēperatū aūt fugē. Soluit ſil' ſcðaz.3.⁊.6.rōnē.⁊ diē φ h:φ tēperat⁹ fugit delectatiōes:qð erat ſcða rō:⁊ φ prudēs q̄rit vitā ſine triſtitia:qð erat tertia:⁊ h:φ pueri ⁊ beſtie q̄runt delectatiōes:qð erat.6.rō.oia iſta hñt eādē ſolonē:q̃ eſt φ delectationū qdā ſūt p ſe ⁊ ſimplr bone vt delectatiōes q̃ ſunt ſine triſtitia:⁊ qdā ſūt nō bone ſimplr:vt delectationes corpales q̃ ſūt cū ɔcupia ⁊ triſtitia. Per h ſoluunť oēs iſte rōnes:pueri ⁊ beſtie querūt dlectatiōes nō ſimplr bonas:ſz dlectatiōes corpales ⁊ nō delectatōes ſimplr:⁊ p h ſoluiť rō.6.φ prudēs nō querit delectationes corpales q̃ appent bone:ſz q̄rit nō ɔtriſtationē haꝝ corpaliū delectationū:prudēs.n.abſentia corpaliū delectationū nō ɔtriſtatur:⁊ ita q̄rit nō ɔtriſtari pp abſentiā delectationū corpaliū:prudēs.n.q̄rit vitā ſine triſtitia p abſentia delectatioG nū corpaliū:⁊ p h ſoluiť.3.rō.φ tēpat⁹ fugit delectationes corpales:h eſt ſupabūdātias delectationū corpaliū quas ⁊ quaꝝ ſupabūdātiā q̄rit itēperat⁹:nō tñ fugit tēpat⁹ oēm delectationē:ſz q̄rit delectationē q̃ eſt ex opōnib⁹ habitus tēperātie:vnuſqſqz eniz hñs aliquē habitū delectať i operationib⁹ illius habitus.⁊ per hoc ſoluiť rō ſcða.

## Capitulū tertiū

ſcði tractat⁹. In quo oſtendiť delectationē eē qðdā bonū:⁊ ēt pſuadeť φ nō ſolū ē bo^m ſz optimū:lz alique ſint praue: pp h φ vniuſcuiuſqz hīt⁹ eſt opō nō ipedita q̃ ē dlectatio.

¶ At malū ⁊ ipſuz dolorē eſſe ac fugiēdū ɔcediť. Ali⁹ eniz eſt ſimplr malū. Alius aliq̃ ex pte:ex eo q₂ affert ipedimētū. At cōtrariū fugiēdo quo fugiēdum qd eſt atqz malū:eſt bonū. Igiť voluptatē bonū qd eſſe neceſſe eſt. Eo nāqz mō quo Speuſipus ſoluebat:nō cōuenit ſolutio:vt minori maius ⁊ eq̄li voluptatē cōtrariuz eſſe. Non enim ſub malo voluptatē ipſam vt ſpeciem diperit ſub genere collocari. H

Sed qm̄ ⁊ triſtitia malū cōfeſſuz eſt ⁊ fugibile. h qdē eniz ſimplr malū:hec aūt in eo φ quo impeditiua:ſugiēdo aūt cōtrariū vel fugibile aliqd ⁊ maluz vel bonū. Neceſſariū igiť delectationē qðdā eſſe bonū. ¶ Ut eniz ſpeuſipus ſoluebat nō ɔuenit ſolo queadmoduz maius minori ⁊ eq̄li cōtrarium:nō enim vtiqz dicet φ vere malum qdez eſſe delectationem. Capit 3ª 2.tra.7.li. ethi. pª p̃s ca.

Iſtud eſt 3^m capſm:in quo declarať φ aliqua dlectatio eſt bona:⁊ φ nihil phibet aliquā dlectationē eē optimā: ⁊ ɔtinet duas ptes pncipales. In pª pbať oñdue φ delectatio eſt bonū. In 2ª ibi. Manifeſtū autē Tertiū ca. trac.2.di⁹ in duas ptes ꝑa.

I qm.] Probaṫ idē ꝑ ipoſē.pª ps cōtinet duas pticulas. In pª ꝓbaṫ: ꝙ delectatio eſt qͦdā bonū: ⁊ remouet falſaʒ rnſionē. In 2ª ibi.[ Optimū aūt.] Probat ꝙ aliq̄ delectatio ſit optima. Qꝫ aūt delectatio ſit qͦdā bonū ꝓbaṫ: ⁊ hec eſt
36ª ꝯclo hui⁹.7.li. ꝯclo.36.huius libri q̄ ꝓbaṫ ſic. Illud qꝺ ꝯriatur malo ⁊ fugiēdo ē bonū: ſed delectationi ꝯriaṫ triſticia q̄ ē quoddaʒ malū ⁊ fugiēdū: igiṫ delectatio eſt qͦdā bonū. Circa ma-
Nō^m p^m circa maiorem. iorē ſunt duo notāda. pª notādū eſt ſꝫ Euſtratiū ħ. ꝙ in īmediatis ꝯrijs: ſi alteꝝ ꝯrioꝝ ſit malū: reliquū erit bonū: tñ loq̄ndo de ꝯrijs mediatis ꝯtingit ꝙ vtrūqꝫ ſit malum. Vbi grā. timiditas ⁊ audacia ſunt ꝯria mediata: qꝛ inter illa eſt fortitu^do media: ⁊ tñ tā timiditas q̄ʒ audacia eſt qͦdaʒ
Nō^m 2^m malū. ¶ 2ª eſt nōn^m: ꝙ loq̄ndo ꝺ ꝯrijs mediatis: ſi vtrūqꝫ illoꝝ ſit malū: opꝫ ꝙ mediū inter ipſa ſit bonū. Medium enim inter ſupabūdātiā ⁊ defectū ſemꝑ eſt bonū: vt pꝫ de fortitudine q̄ eſt mediū inter audaciā ⁊ timiditatē: ⁊ ſic ē
K de oīb⁹ aliis vtutib⁹. Debet ġ maior ſic intelligi. Illud qꝺ ꝯriaṫ malo ꝯrietate: q̄ eſt mediȷ ad alteꝝ extremoꝝ: ſemꝑ eſt bonuʒ: ⁊ ſic intellecta maiore: minor eſt vera. ſ. ꝙ delectatiōi ꝯriaṫ triſticia ꝯrietate q̄ eſt inter mediū ⁊ alteꝝ extremoꝝ. ¶ Circa qꝺ eſt ſciēdū: ꝙ ſꝫ ꝙ hic dicit Lincon. ꝙ alipia ꝯriaṫ triſtitie ꝯrietate q̄ eſt extremi ad extremū: eſt. n. alipia in greco (vt ipſe dicit) nomē cōpoſitū ab a/ qꝺ eſt ſine: ⁊ lipe qꝺ eſt triſticia: ⁊ opponiṫ alipia triſtitie ſicut iniuſticia iuſtitie: ⁊ ſi latine diceret intriſticia ſicut dī iniuſticia: recta tranſlatio huius nōis alipia eēt intriſticia. nūc aūt qꝛ non eſt in noſtro vſu dicere intriſticiaʒ ⁊ intriſte: ꝓ alipia ⁊ alipon poſſumus dicere nō triſticia ⁊ nō triſte. hec Lincon. Ex quo apparet ꝙ delectatio ⁊ triſtitia ꝯriantur ꝯrietate q̄ eſt iter mediū ⁊ extremū: ⁊ triſtitia ⁊ alipia ſiue
L intriſticia ꝯrianṫ ꝯrietate q̄ eſt extremi ad extremū. ¶ Cir-
Circa minorē nō^m Triſticia queda eſt ſimpliciṫ malū q̄dā aūt non. ca minoreʒ rōnis eſt intelligendū ſm ꝙ innuit ph̄s in lr̄a: ꝙ q̄dā triſticia eſt ſimpl'r malū: vt triſtitia q̄ eſt de bono. Vbi grā. triſticia de abſentia venereoꝝ eſt ſimpl'r malum: vt dicit Euſtrati⁹. Alia eſt triſticia que nō ē ſimpl'r mala: nec eſt mala niſi ſm ꝙ eſt impeditiua boni. Vbi grā. triſticia que eſt de morte pueri vel amici nō eſt ſimpl'r mala: ſꝫ ſm q̄d ſm ꝙ eſt impeditiua ſpeculationis veritatis. dicit eni ph̄s ꝙ fugiēdo ꝯriaṫ tā bonū q̄ʒ malū: ſed tñ ꝯrietate que eſt extremi ad mediū fugiēdo nō ꝯriaṫ niſi malū: vñ qꝛ triſtitia que eſt ſimpl'r mala ꝯriaṫ delectationi ꝯrietate que eſt extremi ad mediū: ſeqṫ ꝙ delectatio ē ſimpl'r bona.[ Ut. n. Speuſipus.] Remouet q̄dā rnſionē ad dictaʒ rōnē dixit. n. ph̄s: ꝙ fugiēdo ꝯriaṫ bonū vel malū. bonuʒ: vt mediū extrēo. malū: vt extremū extremo. Et aliqͥs poſſet dicere: ꝙ triſtitia eſt qͦdā fugiendū: cui ꝯria delectatio: ſicut extremū ꝯriaṫ extremo: ſicut ſupabūdātia ꝯriaṫ defectui: ⁊ nō ſicut mediū ꝯriaṫ extremo: ⁊ iō non opꝫ ꝙ
M delectatio ſit bona: qꝛ fugiēdo ⁊ malo ꝯriaṫ malū: ſicut extremuʒ ꝯriaṫ extremo: ⁊ hec fuit rnſio Speuſipi: qui fuit nepos ⁊ ſucceſſoꝝ Platonis: qui rōnē ſic ſoluebat: ꝙ mai⁹ ꝯriatur equali. ſ. medio ⁊ minori. i. extremo: ⁊ ꝙ triſtitia ꝯriaṫ delectatiōi: nō tanq̄ʒ equali: hoc eſt nō tanq̄ʒ medio: ſꝫ ſicut minori. i. ſicut extremo: ⁊ iō nō ſeqṫ ꝙ delectatio ſit bona: ſed potius ſeqṫ ꝙ delectatio ſit quoddā malū: extremū. n. ꝯriaṫ extremo: tanq̄ʒ malū malo. Iſtā rnſionem remouet ph̄s dicēs: ꝙ ſm hoc delectatio ꝑ ſe ⁊ ſm ꝓpriam rōnē eēt qͦdā malū: qꝛ tā ſupabūdātia q̄ʒ defectus ſm ſe eſt qͦdā malū: ſed ħ nullus dicit. Nā platonici quoꝝ opinio erat: ꝙ delectatio nō ē bonū: nō ponebant ꝙ dlectatio ſimpl'r ⁊ ſm ſe eſt malū: ſed negabāt delectationē eē bo^m inq̄ʒ^m eſt qͦdā imꝑfectū: ⁊ inq̄ʒ^m eſt ipedimētū veritatis: vt pꝫ ex ꝓceſſu rōnū ꝓbāciū delectationē nō eſſe bonū.

¶ At vͦo nihil ꝓhibet voluptatē aliquā optimū eſſe: ſi nō vlle voluptates ſunt praue: quēadmodum ⁊ ſciam aliq̄: ſi ſunt nōnulle ſcie praue: qm̄ poti⁹ fortaſſe ⁊ neceſſe N
eſt expetibilē eē aliquā ſūme: ſi ſunt vniuſcuiuſqꝫ hit⁹ opōnes ſine ipedimento: ſiue oīs opꝺ ſit felicitas: ſiue vni⁹ cuiuſpiā ipſoꝝ vacās ipedimēto: hoc aūt eſt voluptas. Quare fit vt aliq̄ voluptas ipꝫ ſit ſūmū bonū: ēt ſi forte plereqꝫ voluptates ſint ſimpl'r praue. Atqꝫ ob idipꝫ felicē vitā iocūdā eē oēs arbitranṫ: nectūtqꝫ ipſaʒ voluptatē cū felicitate nō abſqꝫ rōne. Nulla nāqꝫ opatio ꝑfecta eſt: ſi ipediaṫ. At felicitas opꝺ eſt ꝑfecta. Quapꝑ felix indiget bonis ⁊ corpis ⁊ externis: ipſaqꝫ fortuna quo nō ipediaṫ. Qui aūt aiunt: eū q rota torqueṫ ⁊ magnis in calamitatib⁹ eſt ꝯſtitut⁹: felicē eſſe ſi mō ſit bonus: nihil ꝑfecto dicūt: aut ſua ſponte
aut inuiti. Quia vͦo felix idiget ⁊ fortunā: iō ꝗbuſdam O
fortune ꝓſperitas ⁊ felicitas idē eē vī. Qꝺ non eſt ita: nā ⁊ ipſa ſi exupet ipedimētū affert: atqꝫ fortaſſe iure tūc nō eſt ꝓſperitas appellāda: deſinitio. n. ipſi⁹ eſt ad ipſaʒ felicitatē. Illud ēt beſtias hoīeſqꝫ ꝓſeq voluptatem: indicat ipſaʒ eſſe quodāmodo ſummum bonum. Quam populi celebrant omnino fama perire. Nulla pōt. Sꝫ qm̄ eadē nā habituſqꝫ optim⁹ neqꝫ eſt neqꝫ videt voluptatē eādē oēs ſequunṫ: voluptates tñ oēs ſequunṫ. Fortaſſe nō eā quā putāt neqꝫ quā dicerēt ſꝫ eādē: oīa nāqꝫ diuinū q̄d hñt nā. Sed corpis voluptates ex eo ſibi nomē hoc vēdicarunt: qꝛ ſepiſſima occurrunt: ⁊ oēs ſunt ipſaꝝ participes. Solas igiṫ has eſſe putant: qꝛ ſole ſunt note.

¶ Optimū aūt nihil ꝓhibet delectationē aliquā P
eſſe: ſi q̄dā praue delectatiōes: quēadmoduʒ ⁊ ſciam quādā: ꝗbuſdā prauis exñtib⁹. ¶ Forte aūt ⁊ neceſſariū: ſiqdē vniuſcuiuſqꝫ hitus ſunt opōnes nō ipedite: ſiue oīum opꝺ eſt felicitas: ſiue eſt alicui⁹ ipſoꝝ vtiqꝫ ſi fuerit nō impedita eligibiliſſimā eſſe: hec aūt eſt delectatio: quare erit aliq̄ delectatio optimū multis delectationibus prauis exñtib⁹ ſi ꝯuenit ſimpl'r. ¶ Et ꝓpꝑ ħ oēs felicē delectabilē exiſtimāt vitā eſſe ⁊ ipli-cant delectationē in felicitatem rōnabil'r. Neqꝫ vna eni opꝺ ꝑfecta ipedita: felicitas aūt ꝑfecto-
ruʒ. ¶ Propter qꝺ indiget felix his q̄ in corpe Q
bonis: ⁊ his q̄ exteri⁹ ⁊ fortuna vt nō ipediant
hec. Rotatū aūt ⁊ ifortunijs magnis icidētes R
felicē dicētes eſſe ſi eſt bon⁹ vel volētes vel nolentes nihil dicūt. ¶ Propter indigere aūt fortuna vī ꝗbuſdā idē eſſe bona fortuna felicitati nō exñs: qꝛ ⁊ ipſa ſup: ⁊ excellēs ipediens eſt: ⁊ forte nō adhuc bonā fortunā vocare iuſtuʒ: ad felicitatē eni termin⁹ ipſi⁹. ¶ Et ꝓſeq aūt oīa ⁊ beſtias ⁊ hoīes delectationē ſignū qͦdam eius qꝺ eſt eſſe aliqual'r optimū ipſaʒ: fama aūt non oino perdiṫ quā populi multi famant. ¶ Sed qm̄ nō eadē: neqꝫ nā neqꝫ habit⁹ optim⁹: neqꝫ eſt: neqꝫ vī: neqꝫ delectationeʒ ꝓſequunṫ eādē oēs: delectationeʒ q̄dē oēs. ¶ Forte aūt ⁊ ꝓſe-

A quunt̄:nō quā exiſtimāt:neqꝫ quā vtiqꝫ dice-
rent:ſꝫ eādē. Oīa.n.nā hābēt qddā diuinū ſed
ꝛ aſſumpſerūt nois hereditatē corꝑales dele-
ctatiōes ꝑpter ꝛ plures iclinare in ipſas ꝛ oēs
participare ipſas:ꝑpter ſolas igitur cognitas
eſſe has ſolas exiſtimant eſſe.

¶ Hec eſt 2ª ꝑticula p̄me ꝑtis. In qua ꝑhs ait aliquā de-
lectationē eſſe optimā:ſed qꝛ hec ꝯclō eſt falſa:vt patebit
in.10.hui⁹:niſi per delectationē itelligat̄ opō delectabilis:
iō nō pono iſtā ꝯclōnē iter ꝯclones q̄ ſunt de itētione ꝑhi
in h lib⁹. Pͦrio igit̄ narrādo dicit ꝙ lꝫ alique delectatiōes
ſint praue:nihil tn̄ ꝓhibet aliquā delectationē eē optimā:
B vt pꝫ in ſciētiis:lꝫ eniꝫ alique ſcie ſint praue:vt ille quaꝝ vſus
ducit ad malū:vt ſcie ꝓhibite:aut ſcie ſine rōne inuente:ſꝫ
alique ſint tales:tn̄ nihil ꝓhibet qn aliq̄ ſcia ſit optima.ſ.
ſapia:vt declarū eſt in 6° hui⁹.[ Forte aūt neceſſ.] Probat
ꝙ aliq̄ delectatio ſit optima.d.ꝙ vniuſcuiuſqꝫ hitus ſunt
